RBR Holt 68629

III 546
15
M

BIBLIOTHECA
CARCINOLOGICA
L.B. Holthuis

CAROLI LINNAEI

EQVITIS DE STELLA POLARI,
ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. VPSAL.
ACAD. VPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA NATVRAE

PER

REGNA TRIA NATVRAE,

SECVNDVM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CVM

CHARACTERIBVS ET DIFFERENTIIS.

TOMVS III.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS ET SVMTIBVS IO. IAC. CVRT. MDCCLXX.

IEHOVAE est Terra et plenitudo eius,
orbis terrae et quae habitant in eo.
Ipse super Maria plantauit eam.
et super eam firmauit Flumina.
Adscenderunt Montes et descenderunt Campi
in locum, quem fundauit eis.

DAVID. XXIV. 1. 2. IV. 8.

PRAEFATIO.

LITHOLOGIA mihi cristas non eriget, Lapides enim, quos quondam in deliciis habui, tradita demum aliis disciplina, seposui, neque nunc, nisi lacessitus, recepissem.

PRIMVS ann. 1736 Lapides in *Methodum Systematicam* disposui, constituendo *Genera* fixa *Characteribus* definita, quae omnia non omnibus inuisa fuisse, ex scriptis successorum intellexi, quamuis nonnulli meis humeris insistentes, circumspexere altius, quaedam mutando addendoque non sine supercilio.

DEIN surrexere varii Lithologi et Mineralogi consummati: WOLTERSDORF, WALLERIVS, IVSTI, SWAB, CRONSTEDT, VOGEL, qui diuino afflatu inspirati sua obseruata cum erudito orbe communicarunt, quibus, quod infinito labore et sudore montium et Naturae abyssum penetrarunt, sempiterna ab omnibus aequis censoribus debetur gloria; sapientes eruditos autem maligno dente se inuicem rodere, non equidem inuideo, sed miror magis; at homo natura malus morum cultura et nobiliore educatione emendandus: de ferro est vltima aetas.

MINERALOGI viam Chemicam incedere coacti sunt pro scopo Metallurgico obtinendo, a qua in viam Physicam adscendere allaborarunt; hi lithologiam sibi vindicarunt tamquam propriam, quemadmodum Medici olim Botanicen. In his primas tenet incertus (*Anonymus in Mineralogia. Holm. 1756. oct.*) de cuius authore vtar verbis Isaci mutatis: Vox Swabii, manus Cronstedti; illius (*) enim dogmata dudum in familiari colloquio audiui, antequam hic adoleuerat.

IPSE Lapides non scopo Metallurgico, sed vt Naturae Consultus omnibus gentibus vtiles consideraui, Viam Mediam incedere coactus, nec ausus vbique associare

(*) *Summus Mineralogus* Ant. Swab *obiit* 1768. *Ian.* 28. *aet.* 64.

germanos fratres (Cretam et Silices); nec proſcribere Genera, quae natura ciuitate donauit (Humum, Cotem, Nitrum); nec ſeparare quae haec foederato connubio coniunxit (Spati ſ. Schiſti ſpecies).

LITHOGENESIAM ſtudioſe in itineribus quaeſiui, didicique eam abſolui Praecipitatione et Cryſtalliſatione, atque Terras proſterni, ſed Quartzum, Spatum, Micamque exſurgere. Terras femineas dein impraegnari a Salibus maſculis, indeque prognaſci Nobiliores; horum vero plurimos a Marte, proteo magis mutabili, pro indole cuiuscunque coniugis.

SALIVM metamorphoſin etiamnum occluſam Lithologis ſerio commendo, quae ſi aeque aperta fuerit ac hodie Terrarum ianua, noua lux affulgebit lapidum geneſi. Cryſtallos lapidoſas, quod Salibus dudum ſubieci (ob rationes alibi (*) datas, et pluribus dein confirmatas, adeoque non mutandas) a variis reprehenſus fui, ſed vix ab aliis, quam qui ignorant, quid diſtent Silices a Calce.

PETRARVM ordines nomine, non vero omine, mutaui, vti dudum Mammalia, ne hallucinarentur friuoli.

TERRAS Primitiuas lubenter Petris praemiſiſſem, ſi leges Artis et Naturae admiſiſſent, ſed praeuidens me incidentem in Scyllam cupientem vitare Charybdin, obſeruaui Naturae ſimplex veri ſigillum per circulum incipere vbi deſinit (**).

Vpſaliae 1768.

RE-

(*) *Amoenitat. Academ.* I. *p.* 454.
(**) *Salom. Conc. III.* 10.

REGNVM LAPIDEVM.

Fuisse HVMOREM rerum initium *Aquāmque* Terrae primordium, e quo surrexere omnia, teste Mose, Thalete, Seneca, manifestatur dum chaoticum Nucleum inundans Mare genitum in se foetum lente enititur in *Continentem*, quam, exhalando continue *Rorem*, in *Nebulas* eleuandum, imbribus aethereis rectificatis deciduis quotannis lactat. *Cataclysmi* vniversalis certa rudera ego nondum attigi, quousque penetraui; minus etiam veram *terram adamiticam*, sed vbique vidi factas ex Aequore Terras, et in his mera *Rudera* longinqui sensim praeterlapsi aeui.

AQVA oceani humida, frigidula, passiua, concipiens, vbique foecundata a sicco, calescente, actiuo, generante AERE, obseruarur in sinu suo intimo praegnans gemino Foetu:

Masculo solubili, acri, claro, crystallino SALINO,
Femineo fixato, viscido, opaco, attractorio TERRENO.

Priuignos insuper duos VEGETABILEM et ANIMALEM, seminum catena continuandos, enutriet haec Aqua: Hi ambo in Terram reducuntur perenni circulo, dum etiam horum haeres erit nutrix Nouerca.

SALIA sapida, polyedra, diaphana, multiplicatiua, solubilia in particulas minimas infinitas, nihilominus semper conformes, concrescentesque iterum iterumque in maiores etiam conformes, generant crystallisando, in et ex *terris* variis, varios Lapides:

NITRVM	Aëreum,	obducendo	auget	*Arenam.*
MVRIA	Marina,	corrodendo	attrahit	*Argillam.*
NATRVM	Animale,	resudando	coagulat	*Calcem.*
ALVMEN	Vegetabile,	ramificando	ferruminat	*Humum.*

Sic PATRES *Lapidum.*

Pholades *inhabitant mare mediterraneum, intra rupium parua foramina, per quae adultiores egredi nequeunt et quidem ad ipsam maris superficiem, nec vltra, vt fluctus hauriant; cumque etiamnum viuae ibi haerent, et reliquerunt sua foramina cum emortuorum testis, ante secula rupibus inclusis et insculptis, et quidem vsque in altissimos Italiae alpes, testes hae sunt locupletissimi aquae subsidentiae. Confer* Donat. Act. Angl. 1757. n. 50. §. 11.

TERRAE puluereae, ſicceſcentes, diſſolubiles, fixae, primitiuae, *Cryſtalliſando* generatae aut *Praecipitando* prognatae; *Aceſcendo* progenitae aut *Putreſcendo* renatae, e quibus *Cryſtalliſando* ſ. *Attrahendo* Lapides renaſcuntur et hi rerum iterumque in Terras elementorum varietate reſoluuntur, regenerantturque, circulo itidem perenni:

ARGILLA Praecipitatio MARINAE aquae viſcidae:
Opaca, plaſtica, friabilis, induranda, apyra.

ARENA Cryſtalliſatio PLVVIALIS aquae turbidae:
hyalina, exſucca, ſcintillans, perſiſtens, vitreſcens.

HVMVS Reſolutio VEGETABILIVM aceſcentium:
nigra, bibula, puluerea, flagrans, combuſtibilis.

CALX Reſolutio ANIMALIVM putreſcentium:
albida, abſorbens, farinacea, penetrabilis, efferueſcens.

ARGILLA Terra aquae Marinae, Muriae olim oppoſita, ſordida, viſcida, lubrica, impalpabilis, amorpha, tenax, Colore opaca, Humido plaſtica, Solo naturali madida, Siccitate friabilis, Ignitione induranda, Vſtione apyra, at ex miſcela heterogenea in igne polymorpha, ſiccata diutius compreſſaque induratur in rafile *Talcum*, quod reſolutum regeneratur ſaepius in fibroſum *Aſbeſtum*, at vero intime reſoluta mire recreſcit in ſquamoſam *Micam*.

ARENA Terra aquae Pluuialis, Nitro aethereo impraegnatae, nitida, fixa, rigida, ſcabra, cryſtallina, diſiuncta, Colore hyalina, Humido exſucca, Chalybe ſcintillans, Ignitione perſiſtens, Vſtione determinata vitreſcens, reiecta ad continentem ſiccataque pellitur *Arena mobilis*; haec antiquata friabilis demum euaſit *Arena Glarea*; vtraque ſubterranea madens, oblique tranſuerſeque fiſſa, cryſtalliſationis atomis vlterius connectitur in *Cotem*, mixtaue peregrinis humoſis ferruminatur in *Sabulum*, et hoc dein in varios *Lapillos*, lapilliſque in *Saxum*, at vero reſoluta recryſtalliſataque conficit *Quartzum*.

HV-

Natura *aequilibrat vniuerſum rerum Diſcordiis.*
AQVA *humida, viſcida, attractiua*, ARGILLAE.
AER *ſiccus, acris, cryſtallinus*, ARENAE.
ergo *attractio* e viſcido, *cryſtalliſatio* e Sale.
accedit *fermentatio* Vegetabilis, *putrefactio* Animalis.
vnde Acidum, inde Alcali.
primum Solidum ponderoſum, Igneum leue eſt.

HVMVS Terra Vegetabilium, Nitri amasia, acescens, Colore nigra, Humidi bibula, Fractura friabilis, Siccitate pulueracea, Ignitione flagrans, Vstione combustibilis, haec diurna compressione induratur in fissilem *Schistum*, qui passim Bitumine saturatus euasit *Lithantrax;* resoluitur vero Schistus non raro in terrestrem *Ochram*, regenerandam multiplicatiua mineralisatione in *Tophum.*

CALX Terra Animalium, Natri coniux, alcalina, Colore albida, Acidi absorbens, Rasione obsecundans, Siccitate farinacea, Ignitione penetrabilis, Vstione efferuescens, calcificans peregrina Humosa Argillosaque in *Marmor;* at resoluta sataraque acido recrystallisatur in *Gypsum*, acido, sine igne depuratorio, amplius non efferuescens; vtrumque ab elementis resoluitur in farinosam *Cretam*, aqua aetherea, teste Echinita, concrescentem in *Silicem;* at resoluta, teste Stalactita, recrystallisatur in *Spatum.*

Sic MATRES *Lapidum.*

LAPIDES e Terris concrescunt, resoluuntur, iterum recrescunt:

ARGILLA	attrahitur	in *Talcum*,	Resoluitur	in *Lithomargam*,	Regeneratur	in *Amiantum.*
ARENA	accrescit	in *Cotem*,		in *Sabulum*,		in *Saxum.*
HVMVS	ferruminatur	in *Schistum*,		in *Ochram*,		in *Tophum.*
CALX	coagulatur	in *Marmor*,		in *Cretam*,		in *Gypsum.*

LAPILLI *Diaphani* e Matre fluida, vti e fixa *Opaci* surrexere, Tincti saepius alumine Vitriolico, Colore varii e Vario; his replentur et consolidantur rupium vulnera cum Cicatrice.

MICA concretio Argillae, squamosa, flexilis, opaca, nitens, ignitione rigidior, sed nitidior euadens.

QVARTZVM crystallisatio Aquae elementaris, pellucidum, durum, e cauitate aquosa rupium, ideoque semper parasiticum, obscuratis saepius crystallis motu s. copia.

SPATVM crystallisatio Aquae calcariae, diaphanum, fragile, cuius rhombos internos a diuersa crystallo gnarus distinguit; marte adulteratum euadit durius chalybeque scintillans.

CRYSTALLI lapidoſae in et ex Aqua, ſale impraegnata, nec ſaturata, atomis terreſtribus impalpabilibus ſcatente, in cauis lapidum retenta, exſurgunt quiete et mora; nec iterum aqua ſolubiles in atomos impalpabiles. Figura polyedra differunt a reliquis omnibus lapidibus, nec alia gaudent, quam ſalibus popularibus propria, quae cryſtalliſationis vnica cauſſa naturalis hodie nota, nec ſalia figuram determinarent, niſi ſimul incorporando. *Stalactites* ſic accreſcit tunica cryſtallina, vti *Calculus*, at ſine vllo ſale cryſtallos exiſtere nemo poſtulabit, et terram ſalibus cryſtalliſari ſanus nemo dubitabit; harum Pelluciditas ab atomis, Color autem a Metallis; Gemmarum a pelluciditate, duritie, perſiſtentia, colore pretium, impotentis humanae itaque libidinis offuciae.

VITRIOLVM aluminis natum, Metallo maritatum, varium exſurgit et Figura gaudet diuerſa pro indole cuiuscunque metalli; huius tres frequentiſſimae ſpecies: *Ferri*, *Cupri*, *Zinci;* illorum totidem vulgatiſſimi fiunt ſulphurei, *Pyritae*, horumque totidem frequentiores euadunt terreae *Ochrae*. Pyritae itaque diuerſi diuerſam aſſumant Figuram; horum terra, in quam reſoluuntur, vulgo audit *Ochra*, quae enim e Ferro *lutea*, vſtulata vero fit *rubra;* quae autem e Cupro ex acido *viridis*, ex alcali *caerulea*, inde lapides *Lutei* et *Rubri* plerumque e Ferro, vti lapides *Virides* et *Caerulei* plerumque e Cupro, vtraque Ochra cryſtalliſando coagulat terras in *Tophos*.

METALLA ſupradecompoſita conſtant e *Terra, Sale, Sulphure*. Ferrum vbiuis praeſentaneum, ſaepe ſoluitur ab elementis, ſoluto ſcilicet ſale vitriolico, praecipitataque terra ochracea; Ferrum cryſtalliſando ferruminat Terras in lapides, abſorptum multiplicatur metallo, vt vidi in littore (*), ſic multoties plus producit, quam primitus acceperat. Stagnans ☉ in rupium aquam retinentibus fiſſuris tranſit aetate multiplicatum praecipitatumque in venam, quae transuerſe diſſecta, fiſſuraque repleta terra peregrina mutabit illico metallicam ibi venam in diuerſam, vt ex Ferro Cuproue ſaepe Plumbum Argento diues eto. Vena nimirum vna eademque variabili modificatione ſcatet ſaepeque o, ☉, ∞, ♁, ♂, ♀, ☉, ☽, ♃, ♄, zz, w.

SAXA

(*) Tophus marinus.

SAXA rupeſtria, ſolidiſſima, profundiſſima, vaſtiſſima, maxime longaeua, tamquam telluris eminentia oſſa, ex Arena, Sabulo, Lapillis, Lapidibusque concreta, immixtis paſſim argillaceis euadentibus ſaepius Talcoſis, ferruminata demum in ſolidiora, repletisque interſtitiis cryſtallis Quartzi, Spati Micaeque varie et temere mixtis; haec Temporis natos eſſe ob ſtrata naturae nullus dubitet, ob partes vero eorum conſtitutiuas nullus non palpabit; Metallurgi imprimis ſcrutantur has Mineratum matrices, ex miſcela polymorphas, in igne diuerſas.

PETRIFICATA, Marmoreotum montium verius parentes quam nati, tot poſſibilia, quot Animalia Vegetabiliaue conſiſtentiora; Sapiens itaque coarctet minus fructuoſam Scientiam, ignotos tamen hodierni orbis incolas non ſusque deque habeat. Modi petrificationis quadruplices praeprimis obſeruantur: *Foſſilia*, *Redintegrata*, *Impreſſa*, *Transſubſtantiata*, ita frequentia in *Marmore*, *Silice*, *Schiſto*, *Cote*, ac inuiſa *Apyris*, *Saxo*, *Quartzo*, *Spato* extero.

PARADOXA varia etiamnum ſepoſuit artis calamitas:

FISSVRAS rupium conſolidatas clare diſtincteque vidimus, at quae vis valuerit, eas frangere non attigi.

SPATVM omne cryſtalliſando genitum ex cauis repletis perſpexi, nec, ſine rhombis, authorum Spatum vmquam concepi, at cur in rhombos frangatur non ſatis intellexi, aut quomodo e cubico-muriatico rhombeum euaſerat.

AMIANTVM e terra Talci regeneratum vidi, at cauſſam non intellexi.

MOLYBDAENVM metallicum eſſe dubitare non potui, Zinco ſaepe praegnans aut Stanno a variis didici, an mere tale non credidi.

IVDAICOS lap. e corpore cauo petrificata eſſe perſpicio, cum Spato, e fluido generato, ſaepe toti conſtent, at e quo animali orti ſint, me prorſus fugit, quum Echini non mihi ſatisfecerint.

SALIA primaria gaudent propria et determinata figura, ſed mutata ſaepius exoriuntur in diuerſam etiam determinatam; at ex qua miſcela propria aut mixtura aliena terrena nondum perſpexere Halurgi. Cumque Metalla ex ſale generantur cryſtalliſando, fruſtra in Metallorum veram transformationem deſudarunt Alchemiſtae, quamdiu haec ſalium metamorphoſis etiamnum lateat, quam adeo neglexerunt Metallurgi, ac in terrarum indole toti fuere,

STRATA Telluris (*) ex ruptis montibus conformia saepius vidi, nec tamen dixero omnia eiusdem generis esse et pelagica:

1. infimum e *Cote.*
2. secundum e *Schisto.*
3. tertium e *Marmore* nidulantibus Petrificatis Pelagicis, saepe etiamnum peregrinis.
4. quartum e *Schisto.*
5. supremum e *Saxo* rupestri, saepe vastissimo.

OCEANVM Matrem Telluris esse nullus non videre potuit:

a. *Imbribus* Nitrosis turbatur, praecipitatur et crystallisatur aqua maris in Arenam, maris fundum obtegentem.

b. *Fuco natante* Pelagus passim latissimeque obducitur, vnde *quies* aquae, non obsecundantis variabili vento.

c. *Humus* emortui Fuci (b) sensim descendit, arena (a) leuior, dum pergit Fucus (b) in pratum natans concrescere.

d. *Vermes* pelagici: Mollusca, Testacea, Litho-et Zoophyta, Piscesque natantibus ouis, Auesque compeditae impennesque sub prato Fucoso pelagico (c) pascuntur.

e. Pacata sub aqua (b) depluit sedimentum Argillaceum, cum sensim emortuorum vermium (d) testis calcareis vsque in cumulum altum superficiei maris proximum, dum pressio excitans aquam (b) depellat pelagica (d).

f. ad Scopulum formatum, ex sua lege, reiicit Mare imprimis Fucos copiosos varios, in *humum* deliquescentes, vsque dum nuda terra inferior *arenacea* (a) emineat, quae siccata volitat, mixtaque in sabulum saxaque concrescit.

g. Seculorum dein longiori aeuo, temporumque perenni quiete

1. concreta *Arena* (a) in *Cotem* (1) varie sed proprie fissam,
2. ferruminata *Humo* (c) in *Schistum* (2) lamellosum combustibilem,
3. indurata *Argilla* (e) in *Marmor* (3) a vermibus coagulatum,
4. ferruminata *Humo* (f) in *Schistum* (4) superiorem, modo priore,
5. concreta *Arena* (f) in *Sabulum* (5) immixtis peregrinis,
6. hoc dein in Lapillos, et hi in Saxa, haec in Rupes, subsidente demum lente maris aqua euasit *Mons;* nec potuisse altissimae Rupes (5) natasse supra Argillam, dum, antequam calcificaretur, vermes pelagici in ea adolescerent ideoque et Rupes saxeas altissimas aeui veros filios esse, dum omnia obmutuere, ipsi loquantur Lapides (**) *tantum aeui longinqua valet mutare vetustas.*

SPE-

(*) Strata terrae *varia, aequali ordine et distantia constanter obseruantur, ideoque et haec soli accretio, tam bene distincta, multorum seculorum potius, quam communis cataclysmi tumultuarium et turbulentum opus censeri debeat.* Ramazz. mut. 279.

(**) Luc. XII. 40.

SPECIES saepissime vix ac ne vix sufficienter determinari queunt, cum in his genesis ex ouo, omnino nulla vnquam existat, sed multiplex mere ludentis naturae polymorphae varietas sit et calamitas ipsius artis et Metallurgiae fundamentum; Species itaque heic, qui laborioſe perperam multiplicauerit, aeque ignarus est, ac ille qui omnino discordes combinauerit; nec Matrix in his magis diuersas species distinguit, quam in plantis Terrae, Stationes aut solum natale, adeoque in Lapidibus plerumque merae sunt *varietates*, in quibus caecutientes errare certant.

VIA triplex tantum per Regnum Lapideum curioſos ducit: PHYSICA quae descendit per Lapidum obscuras *Geneses*; NATVRALIS quae excurrit per Lapidum apricas *Structuras*; CHEMICA quae adscendit per Lapidum destructiuas *Analyses*. Mediam itaque nunc, vt semper, tutissimam ibit Tyro, sequendo vbique arctissime suum filum ariadneum, ne semioticen cum therapia confundat Empiricus, nec a deperditis atauis saepe dubiam repetat progeniem, minus panophobus fingat in tenebris imaginarios manes, aut stolide e cineribus regenerandum poëtae Phoenicen; discat qui repugnent conveniantue nomina rebus, sciatque characteres definiri diagnosticis, nec Etymo. Haec nec vltra, ne obscurus videar obscurioribus.

In manibus terrae, non hic te carmine longo
atque per ambages et longe exorsa tenebo.

SYSTEMATA
LAPIDVM

Sequentia praecipua ſunt.

I. TERRAE.
Bolus.
Lac lunae.
Lithomarga.
Vmbra.
▽ Veronenſis.
Viride montan.
Cimolia.
▽ Colonienſis.
Ochra.
Creta.
Tripolitana.
Porcellana.
Marga.
Gur.
Turfa.

II. SALIA.
⊖ culinare.
Nitrum.
Alumen.
Vitriolum.

III. SVLPHVRA.
Sulphur.
Bitumen.
Petroleum.
Succinum.
Lithantrax.

IV. LAPIDES.
1. *Igne perſiſtentes.*
Ollaris.
Amiantus.
Asbeſtus.
Fuſorii.

V. 2. *Calcinabiles.*
Calcarius.
Suillus.
Marmor.
Gypſum.
Spatum.
Stalactites.
Fiſſilis.
Specularis.

VI. 3. *Igne Vitrescentes.*
Arena.
Arenarius.
Gemma.
Granatus.
Silex.
Quartzum.
Cryſtallus.
Fluor.

VII. FIGVRATI.
Luſus.
Geographicus.
Aetites.
Oſteocolla.
Fulminaris.
Violaceus.

VIII. PETRIFICATA.
Lithoxyla.
Lithophyta.
Coralliia.
Lap. infectiferi.
Ichthyolithi.
Cruſtacei.
Teſtacei.
Petrif. animalia.

IX. CALCVLI.
Bezoar.
Oculi Cancrorum.
Margarita.

X. SEMIMETALLA.
Mercurius.
Antimonium.
Biſmutum.
Zincum.
Plumbago.
Calaminaris.
Magneſia.
Haematites.
Magnes.
Smiris.
Caerul. mont.
Arſenicum.
Auripigmentum.
Cobaltum.
Pyrites.
Baſaltes.
Sterile nigr.

XI. METALLA.
Aurum.
Argentum.
Cuprum.
Stannum.
Plumbum.
Ferrum.

Gene-

Generum nulli Characteres dati.

Violaceus Lapis (a Byſſo Iolitho, ipſi innato) iudicatus propria ſpecies.

Arenam ſeparat a Terris.

Sulphur ord. 3, a Pyritae ord. 10, diſtinguitur.

Serpentinus ad Marmora refertur ab eo et pluribus.

Micam cum Calcariis conuenire iudicat.

Diuidit Lapides ſimplices in eos: qui in *igne perſiſtunt;* qui in *igne vitreſcunt;* qui in igne tranſeunt *in calcem.* Hanc diuiſionem aſſumſere dein alii: Ego 3, 2, 1. Woltersdorf, 2, 4, 1. Wallerius 3, 2, 1. Anonymus 4, 2, 1. Vogel 1, 5, 2. mutato ſolo nomine.

Methodus Bromeliana nequit dici Syſtema, quamdiu Clauis Claſſium, characteres Generum, differentiae Specierum, Synonyma Authorum deficiant.

I. PETRAE.

1. VITRESCENTES.
   - Cos.
   - Quartzum.
   - Silex.
2. CALCARIAE.
   - Marmor.
   - Spatum.
   - Schiſtus.
3. APYRAE.
   - Mica.
   - Talcum.
   - Amiantus.
   - Asbeſtus.

II. MINERAE.

1. SALIA.
   - Natrum.
   - Selenites.
   - Nitrum.
   - Muria.
   - Alumen.
   - Vitriolum.
2. SVLPHVRA.
   - Electrum.
   - Bitumen.
   - Pyrites.
   - Arſenicum.
3. MERCVRIALIA.
   - Hydrargyrum.
   - Stibium.
   - Zincum.
   - Viſmutum.
   - Ferrum.
   - Stannum.
   - Plumbum.
   - Cuprum.
   - Argentum.
   - Aurum.

III. FOSSILIA.

1. CONCRETA.
   - Saxum.
   - Tophus.
   - Stalactites.
   - Pumex.
   - Aetites.
   - Tartarus.
   - Calculus.
2. PETRIFICATA.
   - Helmintholithus.
   - Entomolithus.
   - Ichthyolithus.
   - Ornitholithus.
   - Zoolithus.
   - Phytolithus.
   - Graptolithus.
3. TERRAE.
   - Marga.
   - Ochra.
   - Creta.
   - Argilla.
   - Arena.
   - Humus.

TERRIS initium facere ſuadet geneſis, ſed repugnant Leges Syſtematis.

Terrae enim omnium conſenſu conſtituunt Ordinem naturalem, non itaque diuidendae inter diuerſas claſſes.

Species congeneres ſepararentur a ſociis: *Argillae* aliae apyrae, vitreſcentes, calcariae aliae.

Ochrae tum praecederent Metalla, ante datam ideam Metallorum, quorum tamen progenies ſunt; ne dicam quod aliae ad Cuprum, Ferrum, Viſmutum etc. aliae referendae eſſent.

Species Terrarum aliae *primitiuae* petris anteponendae, aliae *derivatiuae* petris poſtponendae.

FOSSILIA ſi inter Petras et Mineras diuiderentur, etiam *Tophi* et *Stalactitae* ad diuerſa genera traherentur a genere ſuo naturali.

PETRIFICATA plurima ſubiicerentur *Calcariis* petris, nonnulla *Combuſtibilibus*, pauca *Pyritae*, *Cupro*, *Bituuini* etc.

CRYSTALLOS, quod ſubiecerim Salibus, ne quemquam offendat, mutet vocem SALIS in *Cryſtalli*, ſi magis placeat, in verbis erimus faciles. Anne idem, vtrum dicas Salia ſub Cryſtallorum geneſi determinaſſe figuram aut Salium elementa conſtitutiua? Sic Selenites a Creta in aqua ſoluta inſtillato acido vitriolico, vide *Act. Berol. v.* 5, 6; inſperſione pulueris terreſtris ſubtiliſſimi in puncto cryſtalliſationis ſalium, lapillos prodire dudum vidit *Boyle*.

I. TERRAE.

1. MACRES.
   Humus.
   Creta.
2. PINGVES.
   Argilla.
   Marga.
3. MINERALES.
   Salinae.
   Sulphureae.
   Metallicae.
4. ARENACEAE.
   Glarea.
   Arena.
   Metallicae.
   Animales.

II. LAPIDES.

1. CALCARII.
   Calcareus.
   Marmor.
   Gypſum.
   Spatum.
2. VITRESCENTES.
   Fiſſilis.
   Cos.
   Silex.
   Petroſilex.
   Quartzum.
   Cryſtallus.
3. APYRI.
   Mica.
   Talcum.
   Ollaris.
   Corneus.
   Amiantus.
   Asbeſtus.
4. SAXA.
   Simplicia.
   Mixta.
   Griſea.
   Petroſa.

III. MINERAE.

1. SALIA.
   Vitriolum.
   Alumen.
   Nitrum.
   Muria.
   Alcalia.
   Acida.
   Neutra.
   Ammoniacum.
   Borax.
2. SVLPHVRA.
   Bitumen.
   Succinum.
   Ambra.
   Sulphur.
3. SEMIMETALLA.
   Hydrargyrum.
   Arſenicum.
   Cobaltum.
   Antimonium.
   Wiſmutum.
   Zincum.
4. METALLA.
   Ferrum.
   Cuprum.
   Plumbum.
   Stannum.
   Argentum.
   Aurum.

IV. CONCRETA.

1. PORI.
   Ignei. Aquei.
2. PETRIFICATA.
   Vegetabilia.
   Corallia.
   Animalia.
   Teſtacea.
3. FIGVRATA.
   Lithomorphi.
   Lithoglyphi.
   Lithotomi.
4. CALCVLI.
   Vegetabilium. Animalium.

Primus ſpecies in Regno Lapideo rite determinauit.

Analyſin Lapidum pulchre reſoluit.

Qui Sulphureas montium exhalationes (Bergſchwaden) intelligit ac Matrices Metallorum concipit, eum non latebit Metallorum geneſis. 224.

Mephitis terreſtris Salium pater iudicatur. 186.

Lapides primaeuos inter reliquos etiamnum occurrere admittit: e. gr. Iaſpides 101, Quartzi ſpecies 106, Micas 132.

I. TERRAE.

1. ARGILLOSAE.
   Argilla.
   Humus.
2. ALCALINAE.
   Creta.
   Marga.

II. LAPIDES.

1. VITRESCENTES.
   Gemma.
   Cryſtallus.
   Quarzum.
   Arenarius.
   Corneus.
   Spatum vitreſcens.
   Saxum.
   Pumex.
2. ARGILLOSI.
   Smectis.
   Asbeſtus.
   Talcum.
   Mica.
   Schiſtus.
3. GYPSEI.
   Gypſus.
   Alabaſtrum.
   Spatum gypſeum.
4. ALCALINI.
   Calcarius.
   Marmor.
   Spatum alcalinum.
   Tophus.
   Stalactites.
   Margodes.

III. SALIA.

1. ACIDA.
   Acidum purum.
   Vitriolum.
   Alumen.
2. ALCALINA.
   Alcali fixum.
   Alcali volatile.
3. MEDIA.
   Natrum.
   Nitrum.
   Sal commune.

IV. BITVMINA.

1. FLVIDA.
   Oleum montan.
2. SOLIDA.
   Ambra.
   Succinum.
   Pix montana.
   Sulphur.

V. SEMIMETALLA.

1. FLVIDA.
   Hydrargyrum.
2. SOLIDA.
   Antimonium.
   Zincum.
   Biſmuthum.
   Arſenicum.

VI. METALLA.

1. NOBILIA.
   Aurum.
   Argentum.
2. IGNOBILIA.
   Cuprum.
   Ferrum.
   Stannum.
   Plumbum.

VII. PETREFACTA.

1. SANGVINEORVM.
   Zoolithus.
   Ornitholithus.
   Ichthyolithus.

2. INSECTA.
   Entomolithus.
   Gammarolithus.
   Echinites.
   Encrinus.
   Caput meduſae.

3. TESTACEA.
   Tubulites ſimpl.
   - - - polythalam.
   Cochlites.
   - - - polythalam.
   Conchites.

4. VEGETABILIA.
   Stelechites.
   Lithoxylum.
   Lithobiblium.
   Carpolithus.
   Phytolithus.

5. MARINA.
   Corallites.
   Porites.
   Fungites.

I. TER-

Humum ex vegetabili vel animali ortam ſenſim in Argillam tranſire, (quod eget demonſtratione) n. 6.

Saxum omne chalybe percuſſum ſcintillas dare. - - 13

Pumicem vulcani progeniem non eſſe. - - - 14

Atramentarius Lapis e Vitriolo eroſo prouenit. - - 24

Cobaltum coniungitur genere cum Arſenico. - - 30

Ferrum natiuum verum numquam exſtitit - - - 34

Linnaeus certe omnium primus, ſecundum leges ſyſtematicas, in claſſes et ordines redigere Mineralogiam tentauit. *Praef.*

Spatum diuidit inter 3 diuerſiſſima genera, imo ordines: in Vitreſcens, Gypſeum, Alcalinum.

I. TERRAE.

1. DISSOLVBILES.
   Argilla.
   Marga.
   Smectis.
   Morochtus.
   Tripela.

2. INDISSOLVBILES.
   Creta.
   Lithomarga.
   Arena.

II. LAPIDES.

1. LAMELLOSI.
   Spatum.
   Mica.
   Talcum.

2. FILAMENTOSI.
   Amianthus.
   Asbestus.
   Inolithus.

3. SOLIDI.
   Silex.
   Quartzum.
   Calcareus.
   Gypseus.
   Fissilis.
   Smectis.

4. GRANVLATI.
   Arenarius.
   Iaspis.

III. SALIA.

1. ALCALIA.
   Alcali fixum.
   Alcali volatile.
2. ACIDA.
   Acid. Vitriolicum.
   Acid. Nitrosum.
   Acid. Muriaticum.
3. MEDIA.
   Muria.
   Natrum.
   Nitrum.
   Ammoniacum.
4. STYPTICA.
   Alumen.
   Vitriolum.

IV. INFLAMMABILIA.

1. GENVINA.
   Bitumen.
   Sulphur.
2. SPVRIA.
   Humus.

V. SEMIMETALLA.

1. non MALLEABILIA.
   Wismutum.
   Cobaltum.
   Arsenicum.
   Antimonium.
2. SVBMALLEABILIA.
   Zincum.
3. FLVIDA.
   Mercurius.

VI. METALLA.

1. FLEXILIA.
   Plumbum.
   Stannum.
2. DVRA.
   Cuprum.
   Ferrum.
3. FIXA.
   Argentum.
   Aurum.

VII. HETEROMORPHA.

1. PETREFACTA vera.
   Anthropolithus.
   Zoolithus.
   Ornitholithus.
   Ichthyolithus.
   Amphibiolithus.
   Entomolithus.
   Helmintholithus.
   Zoophytolithus.
   Conchyliolithus.
   Coralliolithus.
   Phytolithus.

2. PETREFACTA ſpuria.
   Typolithus.
   Metrolithus.
   Incruſtatum.
   Induratum.
   Terrefactum.

3. FIGVRATA.
   Lithomorphus.
   Lithoglyphus.

I. METALLA.

1. NOBILIA.
   Aurum.
   Argentum.
2. IGNOBILIA.
   Cuprum.
   Ferrum.
   Stannum.
   Plumbum.

II. SEMIMETALLA.

Argentum viuum.
Antimonium.
Vismutum.
Zincum.
Arsenicum.

III. PHLOGISTICA.

1. FLVIDA.
   Bitumen.
2. DVRA.
   Lithantrax.
3. MINERALISATA.
   Sulphur.

IV. SALIA.

1. ACIDA.
   Vitriolum.
   Alumen.
2. ALCALIA.
   Fixa.
   Volatilia.
3. MEDIA.
   Muria.
   Nitrum.
   Borax.
   Ammoniacum.

V. PETRIFICATA.

1. ANIMALIA.
   Terrestria.
   Aquatica.
2. PLANTAE.
   Terrestres.
   Marinae.
3. OBSCVRA.
   Belemnites.
   Hysterites.
   Iudaicus.
   Asteria.
   Bufonites.
   Oolithus.
4. FIGVRATA.
   Aetites.
5. CRYSTALLI.
   Quartzosi.
   Gypsei.
   Spatosi.

VI. TERRENA.

1. NOBILES.

Adamas.
Saphirus.
Smaragdus.
Amethyſtus.
Topazius.
Turcois.
Opalus.
Chryſolithus.
Hyacinthus.

2. SEMINOBILES.

Cryſtallus.
Carneolus.
Achates.
Chalcedonius.
Onyx.
Sardonyx.
Malachites.
Lazuli.

3. APYRI ignobiles.

Tálcum.
Mica.
Molybdaena.
Vitrum moſchovit.
Steatites.
Corneus.
Iaſpis.
Asbeſtus.

4. CALCARII.

Marmor.
Gypſum.
Spatum.

5. VITRESCENTES.

Cos.
Quartzum.
Silex.
Schiſtus.
Serpentinus.
Tripela.
Pumex.
Granites.
Saxus.
Argilla.
Marga.
Limus.
Vmbra.

I. TER-

Cobolum Speciem Arſenici eſſe ſtatuit.

I. TERRAE.

1. CALCAREAE.
   Purae.
   Vitriolaceae.
   Phlogisticae.
   Argillaceae.
2. SILICEAE.
   Adamas.
   Saphirus.
   Topazius.
   Smaragdus.
   Quartzum.
   Silex.
   Iaspis.
3. GRANATINAE.
   Granatus.
   Basaltes.
4. ARGILLACEAE.
   Porcellana.
   Lithomarga.
   Bolus.
   Tripolitana.
   Argilla.
5. MICACEAE.
   Mica pura.
   Mica martial.
6. FLVORES.
   Indurati.
7. ASBESTINAE.
   Asbestus.
   Amiantus.
8. ZEOLITICAE.
   Zeol. purus.
   Zeol. metallic.
9. MAGNESIAE.
   Magn. terrea.
   Magn. indurata.

II. SALIA.

1. ACIDA.
   Vitriolum.
   Muria.
2. ALCALINA.
   Fixa.
   Volatilia.

III. PHLOGISTICA.

Ambra.
Succinum.
Petroleum.
Sulphur.
Phlogist. terreum.
Phlog. metallic.

IV. METALLA.

1. PERFECTA.
   Aurum.
   Argentum.
   Platina.
   Stannum.
   Plumbum.
   Cuprum.
   Ferrum.
2. SEMIMETALLA.
   Hydrargyrum.
   Visмutum.
   Zincum.
   Antimonium.
   Arsenicum.
   Cobaltum.
   Niccolum.

Syſtema eſt mere Metallurgicum, e principiis Chemicis petitum, proprium nec compilatum.

Excluduntur genera plura: *Cos*, *Schiſtus*, *Humus*, *Tophus*, *Stalactites*, *Aetites*, *Calculus*, *Nitrum*; Appendici inſeritur *Saxum*, *Pumex*, *Petrificata*.

Terras dari ſtatuit *Siliceam*, *Granatinam*, *Micaceam*, *Magneſiam*, *Zeoliticam*, *Chryſolampadis*.

Cryſtallos negat a Salibus oriti; figuras earum magis curioſas quam vtiles iudicat, quum in cryptis exſtruendis nullus numerat earum latera; Terras etiam poſſe aſſumere figuram cryſtallinam abſque ſale; dari cryſtalliſationes metallorum fuſione, ergo Cryſtallorum cauſſam non a ſalibus.

Colores Gemmarum a Metallis originem ducere dubitat.

Calces exſtitiſſe credit ante vitarum et plantarum exiſtentiam.

Strata terrae negat conformia eſſe.

Definitiones characteriſticas inutiles iudicat, ſufficere noſſe.

I. TER-

I. TERRAE.

1. ARGILLACEAE.
   Argilla.
   Bolus.
   Limus.
   Smectis.
   Lithomarga.
   Tripela.
2. CALCARIAE.
   Creta.
   Lac lunae.
3. SILICEAE.
   Arena.
4. MARGACEAE.
   Marga.
5. SELENITICAE.
   Farina foſſilis.
   Terra ſpatoſa.
   Nihili foſſile.
6. TALCOSAE.
   Terra Talcoſa.
7. MICACEAE.
   Mica ☉, ☽.
   Vitr. ruſſicum.
   Molybdaena.
8. INFLAMMABILES.
   Sulphureae.
   Bituminoſae.
   Vmbra.
9. SALINAE.
   Vitriolicae.
   Aluminoſae.
   Nitroſae.
   Muriaticae.
10. METALLICAE.
    ☉, ☽, ♄, ♃, ♀, ♂.
    ♂ mica.
    Ochra ♂, ♀.
    Cadmia.
    Cobolti ▽
    Arſenici ▽
    Mercurialis ▽
11. HVMVS.
    Ruralis ▽

II. LAPIDES.

1. ARGILLACEI.
   Steatites.
   Nephriticus.
   Serpentinus.
2. CALCAREI.
   Calcarius L.
   Suillus L.
   Stephani L.
   Marmor.
   Quadrum.
   Armenius.
3. MARGACEI.
   Dendrites.
   Gypſeus. Tofus.
4. SELENITICI.
   Gypſum.
   Alabaſtrum.
5. PYROMACHI.
   Cos. Silex.
   Corneus.
   Quartzum.
6. SCHISTOSI.
   Argilloſi. Calcarii.
   Metallici.
   Aluminoſi.
7. FOLIOSI.
   Micacei.
   Spatoſi.
   Pſeudo-Galena.
8. PLVMOSI.
   Amiantus.
   Asbeſtus.
9. SALINI.
   Atramentarius.
   Aluminaris.
   Sal caeduum.
10. METALLICI.
    ☽, ♄, ♂, ♃, ♀, ♐.
11. FVSILES.
    Pumex.
    Zeolithus.
12. PETRAE.
13. NOVI.
    Trip.

III. PE-

III. PETRIFICATA.

1. ANIMALIA.
   - Anthropolithus.
   - Zoolithus.
   - Ornitholithus.
   - Entomolithus.
   - Ichthyolithus.
   - Helmintholithus.
   - Amphibiolithus.
   - Zoophytolithus.

2. PHYTOLITHA.
   - Phytotypolithus.
   - Lithoxylon.
   - Rizolithus.
   - Lithocalamus.
   - Lithophyllum.
   - Carpolithus.

3. LITHOPHYTA.
   - Madrepora.
   - Millepora.
   - Tubipora.
   - Ketatophyta.

4. LITHOTOMI.
   - Aetites.
   - Variolithus.

5. PORI.
   - Tophus.
   - Stalactites.
   - Incrustatum.

IV. SALIA.

1. STYPTICA.
   - Vittiolum.
   - Alumen.
2. FVSILIA.
   - Nitrum.
   - ⊖ Amarum.
   - Tincal.
3. INDVRANDA.
   - Muria.
4. VOLATILIA.
   - Ammoniacum.
   - Arsenicum.
5. ALCALIA.
   - ⊖ persicum.
   - Aphronitrum.
   - ⊖ ctetae.

V. COMBVSTIBILIA.

1. SVLPHVRA.
   - Sulphur.
2. BITVMINOSA.
   - Bitumen.
   - Succinum.
   - Ambra.
   - Gagas.
   - Coral.
   - Lithantrax.
3. SEVVM.
4. BALSAMVM.

VI. METALLA.

1. PERFECTA.
   - Aurum.
   - Argentum.
   - Plumbum.
   - Stannum.
   - Cuprum.
   - Ferrum.
2. SEMIMETALLA.
   - Zincum.
   - Visмutum.
   - Antimonium.
   - Cobaltum.
   - Mercur. viv.
   - Platina.

TER-

Arsenicum ad Salia refertur.

TERMINI.

Vſurpati ARTIS.

FIGVRA	Amorphum	*absque determinata figura.*
	Cryſtallinum	*polyedrum ex planis et angulis.*
	Teſſellatum	*cryſtallus ſubrotunda peripheria.*
	Priſina	*cryſtalli corpus oblongum:* Columna *idem.*
	Pyramis	*cryſtalli apex.*
	lentiforme	*orbiculatum vtroque latere conuexum.*
	noduloſum	*extus eminentiis rotundatis ſparſis.*
	reniforme	*conuexum rotundatum ſaepe noduloſum.*
	planum	*horizontali ſuperficie.*
CORTICE	cruſtoſum	*extus quaſi tunicis indutum.*
	corticoſum	*ſubſtantia exteriore diuerſa ab interiore.*
	concentricum	*vndulatim, circum centrum, variegatum.*
	embryo	*nucleus centralis ſeu quod centro contentum.*
SVPERFICIE	ſuperficiale	*quaſi ſuperficiei illinitum.*
	ſcabrum	*ſuperficie digitum radente.*
	laeue	*ſuperficie glabra.*
	nitidum	*ſuperficie polita.*
	micans	*punctis lucidis adſperſum.*
VESTITV	nudum	*purum a peregrino immixto, natiuum.*
	mineraliſatum	*Sulphure ſ. Arſenico occultatum.*
	lapidoſum	*lapidi inhaerens inconſpicuum.*
PARTICVLIS	compactum	*particulis coadunatis omnino.*
	impalpabile	*particulis inconſpicuis.*
	puluerulentum	*particulis forma pulueris.*
	arenoſum	*particulis forma arenae.*
	granulatum	*particulis forma Seminum ſubrotundis.*
FIBRIS	aceroſum	*particulis linearibus inaequalibus.*
	decuſſatum	*particulis oblongis horſum vorſum ſparſis.*
	fibroſum	*particulis linearibus parallelis compoſitum.*
	ſquamoſum	*particulis planis compoſitum.*

TEX-

TEXTVRA	membranaceum	*planis tenuiſſimis pellucidis conſtans.*
	fiſſile	*diuiſibile parallele in lamellas.*
	concentratum	*cuius partes ad centrum coëunt.*
	Fragmentis	*Fruſtulum fractum e toto.*
DVRITIE	ſcintillans	*chalybe percuſſum ſcintillas igneas emittens.*
	raſile	*cultro fere ſectile.*
	durum	*non ſine malleo rumpendum.*
	fragile	*flexione rumpitur in fruſtula.*
	ſectile	*in lamellas cultro ſecabile.*
	friabile	*inter digitos fere comminuendum.*
	rigidum	*flecti nequit.*
	flexile	*flexum non facile rumpitur.*
	malleabile	*malleo extenſile.*
	inquinans	*tactu digitos tingens.*
	- ſcriptura	*raſura ſicca ad ſolidum.*
	- tritura	*raſura humida cum ferro.*
	- - albens	*raſura alba.*
	- - rubricans	*raſura furua.*
	- - nigrans	*raſura nigra.*
SOLVTIONE	bibulum	*abſorbens aquam.*
	efferueſcens	*aqua forti ſpumas agit.*
	ſolubile	*aqua forti reſoluitur in terram.*
	fixum	*aqua forti non diuiditur aut efferueſcit.*
	apyrum	*perſiſtens in igne absque facili vitrificatione.*
	vitreſcens	*in igne vitreſcit cruſta vitrea.*
	calcarium	*efferueſcens aqua forti ſ. vſtulatum fatiſcit in farinam.*
	attractorium	*trahit ferrum vti Magnes.*
	retractorium	*trahitur a Magnete.*
	intractabile	*non trahitur a Magnete.*
COLORE	opacum	*lucem non tranſmittens.*
	diaphanum	*lucem parum obſcureque tranſmittens.*
	pellucidum	*lucem tranſmittens omnino vt vitrum.*
	hyalinum	*colore aquae ſ. vitri.*
	tinctum	*coloratum alio colore quam hyalino.*
	reflexio	*radio lucis reſiliente.*
	refractio	*radio lucis penetrante fracto.*

LOCO

LOCO	rupeſtre	*in petram connatum.*
	vagum	*quod non in rupem excreuit.*
	aggregatum	*ex plurimis minoribus lapidibus coalitum.*
	ſolitarium	*oppoſitum aggregato.*

Inſtrumenta Lithologi parata erint primario:
Malleus, *Culter*, *Chalybs*, *Aqua fortis*, *Gurgulio* ſ. Fiſtula flammipotens absque ſolle.

SIGNA	☉ Aurum.	⚮ Arſenicum.
	☽ Argentum.	⚤ Pyrites.
	♀ Cuprum.	⊕ Vitriolum.
	♂ Ferrum.	♁ Natrum.
	♄ Plumbum.	⊙ Nitrum.
	♃ Stannum.	⊖ Muria.
	♁ Antimonium.	o Alumen.
	☿ Hydrargyrum.	℞ Aqua regia.
	w Viſmutum.	℣ Aqua fortis.
	zz Zincum.	

Se-

Semitae DEI in Abyſſo.

LINNAEI SYSTEMA LAPIDVM.

I. PETRAE.

I. HVMOSAE.

1. Schiſtus.

II. CALCARIAE.

2. Marmor.
3. Gypſum.
4. Stirium.
5. Spatum.

III. ARGILLACEAE.

6. Talcum.
7. Amiantus.
8. Mica.

IV. ARENATAE.

9. Cos.
10. Quartzum.
11. Silex.

V. AGGREGATAE.

12. Saxum.

II. MINERAE.

I. SALIA.

13. Nitrum.
14. Natrum.
15. Borax.
16. Muria.
17. Alumen.
18. Vitriolum.

II. SVLPHVRA.

19. Ambra.
20. Succinum.
21. Bitumen.
22. Pyrites.
23. Arſenicum.

III. METALLA.

24. Hydrargyrum.
25. Molybdaenum.
26. Stibium.
27. Zincum.
28. Viſmutum.
29. Cobaltum.
30. Stannum.
31. Plumbum.
32. Ferrum.
33. Cuprum.
34. Argentum.
35. Aurum.

III. FOSSILIA.

I. PETRIFICATA.

36. Zoolithus.
37. Ornitholithus.
38. Amphibiolithus.
39. Ichthyolithus.
40. Entomolithus.
41. Helmintholithus.
42. Phytolithus.
43. Graptolithus.

II. CONCRETA.

44. Calculus.
45. Tartarus.
46. Aetites.
47. Pumex.
48. Stalactites.
49. Tophus.

III. TERRAE.

50. Ochra.
51. Arena.
52. Argilla.
53. Calx.
54. Humus.

I. PETRAE Lapides ſteriles, *nati, e Terrèno, cohaeſione.*
ſimplices *absque peregrino* (*Sale, Sulphure, Mercurioue*).
fixae, *nec intime menſtruo ſolubiles.*
ſimilares, *particulis temere coadunatis.*

1. HVMOSAE e Vegetabilium terra *depoſitae.*
Combuſtibiles, *accenſae ardentes in cineres.*
Puluere aceroſo *groſſiore, leuiore.*

2. CALCARIAE ex Animalium terra.
Penetrabiles *igne et poroſiorès euadentès.*
Puluere farinaceo, *vſtulatae fatiſcentes in farinam.*

3. ARGILLACEAE e Maris ſedimento viſcidó.
Indurandae, *igne duriores rigidiores.*
Puluere lubrico, *ante vſtionem.*

4. ARENATAE ex Aethetis aqua pluuiali *praecipitante.*
Scintillantes *chalybe percuſſae, duriſſimae.*
Puluere ſcabro, *vitri inſtar particulis angulato.*

5. AGGREGATAE mixtae *e quatuor* (1, 2, 3, 4) *praecedentibus.*
Participantes *itaque particulis conſtitutiuis priorum.*
Puluere diuerſo *ſecundum naturam conſtituentium* (1-4).

II. MINERAE Lapides foecundi, *nati, e Salino, cryſtalliſando.*
Compoſitae *e Petra praegnante peregrino* (*Sale, Sulphure, Mercurio*).
Solubiles *intime in appropriato Menſtruo.* (*Calces quidem diſſolubiles in terram, at non intime ſolubiles.*)
Cryſtallinae, *certe* (*antequam adoleuere*) *cryſtalliſando genitae.*

1. SALIA Lingua *humida dignoſcenda.*
Sapida *in Aquâ.*
Solubilia *Aqua.*

2. SVLPHVRA Naſo *emuncto dignoſcenda.*
Odora *in Igne et flagrantia.*
Solubilia *Oleo.*

3. METALLA Oculis *claris dignoſcendâ.*
Splendida, *in igne fuſilia, ponderoſiſſima.*
Solubilia *menſtruis acidis appropriatis.*

III. FOSSILIA: Lapides ambigui, *nati ex alterutro.*
Modificata *e Petris aut Mineris.*

1. PETRIFICATA.
Signata, *figura referente Naturale quoddam.*

2. CONCRETA.
Coagulata *particulis temere conglutinatis.*

3. TERRAE.
puluériſatae *nec particulis connatis.*

Clas-

CLASSIS I.

PETRAE.

I. HVMOSAE.

1. SCHISTVS fissilis.

II. CALCARIAE.

2. MARMOR amorphum, effervescens.
3. GYPSVM amorphum, fixum.
4. STIRIVM fibrosum.
5. SPATVM rhombeum.

III. ARGILLACEAE.

6. TALCVM solidum.
7. AMIANTVS fibrosus.
8. MICA squamosa.

IV. ARENATAE.

9. COS fragmentis granulatis.
10. QVARTZVM fragm. angulatis.
11. SILEX fragm. convexis.

V. AGGREGATA.

12. SAXVM particulis heterogeneis mixtis.

PETRAE natura *eruenda ex ſua* Matre TERRA.
TERRAE matres *ſunt praeprimis quatuor:*
Humus *Intoſa*, *Vegetabilis*, *combuſtibilis.*
Calx *teſtacea*, *Animalis*, *efferueſcens.*
Argilla *apyra*, *Aquatilis*, *induranda.*
Arena *mobilis*, *Aquatilis*, *indurata.*

I. HVMOSAE ex Humo Vegetabili, ignitae ardentes combuſtibiles.
Humus *lente depoſita in aqua*, *ergo horizontalis* fiſſilis.
Argillaceae *particulae ſaepe cum Humo depoſitae, ergo etiam Schiſtus ſaepe ſubargilloſus.*
Acidum *minerale paludum ſaepe inquinauit Ferro, ergo vſtulatae reddunt terram ochraceam rubram.*
Accenſae ardent *vegetabili*, *niſi nimis Metallo inquinatae.*

II. CALCARIAE ex Teſtaceis ſ. Lithophytis *in terram* mutatis,
Calx *enim omnis* e Regno Animali *prognata.*
efferueſcentes et ſolubiles acido, *vtpote alcalinae, niſi antea acido ſaturatae, vti Gypſum.*
Combuſtae *et aqua exſtinctae fatiſcunt in* farinam.
vi Calcificandi ſ. Petrificandi *multiplicatiua pollent, in Humoſis*, *vegetabilibus*, *animalibus; argillaceis.*

III. ARGILLACEAE *ex Viſcido* marino in Terram *coacto.*
Raſiles *Tritura lubrica*, *cum e Viſcido molli natae.*
Indurandae *in igne aridioresque enadunt et duriores.*
Apyrae *quondam dictae.*

IV. ARENATAE *ex Atomis aquae*, *in* Arenaceam *ſubſtantiam connatis.*
ortae *ex* Aqua aethereo-pluuiali.
Particulis durae *ſcabrae radentes.*
Chalybe ſcintillantes *ob ſoliditatem et duritiem; nec aliae niſi aliquot Spata metallico indurata.*
Vitreſcentes *quondam dictae.*

V. AGGREGATAE ex praecedentium *particulis* mixtis.
Induratae *e terra quacumque*, *poroſae.*
Interſtitia *caua repleta fuere aqua terreſtri*, *quae enata in particulas ſolidas addidit miſcelam e Quartzo*, *Spato*, *Mica.*
igne conſiderandae *ſecundum qualitates immixtas.*

I. HV-

I. HVMOSAE.

I. SCHISTVS. *Lapis ex* Humo Vegetabilium (54). *Fragmenta* fissilia, horizontalia, plana, opaca, rasilia, *igne* combustibilia.

Nouacula. 1. SCHISTVS scriptura alba, ater solidus poliendus.
Schistus niger durus subtilis. *Wolt. min.* 17.
Olieſten. Fissilis solidus mollior, lamellis crassioribus. *Wall. min.* 64.
Lapis Lydius. *Baum. min.* 1. *p.* 219.
Habitat in Europa australiore, *in* Oelandia *parcius.*
Hic *lamellis crassis, atris, mollioribus, tamen poliendus.*
Vsus *pro lapidibus Cotaceis oleo imbutus.*

tabularis. 2. SCHISTVS scriptura niuea, ater impalpabilis aequalis
Taffelskiffer. fissilis. *Syst. nat.* 154.
Schistus niger polituram quodammodo admittens. *Cost. foss.* 165.
Fissilis subtilior niger, polituram quodammodo admittens. *Wall. min.* 62.
Lapis fissilis niger glaronensis. *Scheuch. alp.* 1. *p.* 19. *et* 2. *p.* 47. *et* 3. *p.* 7.
Habitat in Heluetia, Scania *parce.*
Hic *habet laminas planas, duriusculas, aequales, atras, superinductas laminae friabili in loco.*
Vsus *pro mensis, tabulisque calculatoriis.*

atratus. 3. SCHISTVS scriptura alba, nigricans subfriabilis. *Syst. nat.* 154. *It. Wgoth.* 28. *Schrebr. lith.* 30.
Fissilis mollior friabilis. *Wall. min.* 66.
Schistus niger. *Cost. foss.* 167.
Habitat in Lapponia, Westrogothia, Nericia, Scania.
Hic *Lamellis fragilibus, aqua forti vix efferuescentibus.*

viridis. 4. SCHISTVS scriptura alba, efferuescens viridis. *Mus. Tess.* 18.
Schistus viridis. *Cost. foss.* 183.

Fissilis est quidem Schistus, sed multae petrae sunt fissiles, non tamen Schisti,

Habitat in Moesseberg Westrogothiae.
Hic *crudus viridis, siccus euadit cinereus; mollis est.*
Natus *ex humo et Argilla marga.*

Ardesia. *Takskiffer.* 5. SCHISTVS scriptura cinerea, caeruleſcenti-niger tinnitans. *Syst. nat.* 154.
Schistus niger durus rudis. *Wolt. min.* 17.
Schistus caeruleus. *Cost foss.* 181.
Fissilis durus caeruleſcens. *Wall. min.* 63.
Fissilis durus rudis ex nigro caeruleſcens. *Carth. min.* 25.
Saxum compositum mica, quartzo et forsan argilla martiali. *Anon. min.* 264. *n.* 2. *δ.*
Habitat in Alpinis Iemtiae, Helsingia, Scania, Spitsberga.
Hic *Laminis duris, aquam non haurientibus, hinc nec gelu rumpendis, nec acido soluendis, quae vnguibus impositae ad pulsationem tinnitant; atomis vix micaceis scater.*
Nata *ex Schisto cum ferro.*
Vsus *pro tectis aedificiorum.*

solidus. 6. SCHISTVS scriptura cinerea, nigricans solidus tinnitans.
Habitat ad Hellefors.
Hic *vix differt a praecedente, nisi quod solidus vel in crassas laminas diuisibilis; margines oblique dissecti.*

argillaceus. *Lerschiffer.* 7. SCHISTVS scriptura cinerea, friabilis cinereus.
Schistus argillosus. *Wolf. min.* 150.
Habitat in Osmundsberget.
Hic *extus argillaceus, canus s. flauo-canus, vngue friabilis.*

margaceus. 8. SCHISTVS scriptura rubra. *Syst. nat.* 154. *Mus. Tess.* 16. *n.* 5.
Marga indurata aëre fatiscens. *Anon. min.* 27.
α. Cinereus.
β. Virescens.
γ. Rufus.
Habitat in Westrogothia: Moesseberg; Heluetia.
Hic *laminis friabilibus; variat coloribus situ et aetate.*

nigrica. *Svartkrita.* 9. SCHISTVS scriptura atra, ater inquinans. *Syst. nat.* 154. *Mus. Tess.* 18. *n.* 6.
Schistus niger friabilis inquinans. *Wolt.* 17.

Fissi-

Fissilis friabilis niger manus inquinans. *Carth. min.* 25.
Fissilis mollis friabilis pictorius. *Wall. min.* 67. *Baum. min.* 1. *p.* 219.
β. Schistus aluminosus cuneiformis fissuris splendentibus. *Anon. min.* 124. *C.* 2.
Habitat in Westrogothia: Hunneberg. *It. wgoth.* 212.
Hic *Laminis molliusculis, friabilibus, inquinantibus, acido non effervescentibus. Varietas figura subcuneiformi, superficie nitente.*

communis. 10. SCHISTVS scriptura nigra, ater solidus.
Habitat in Scania (*it. scan.* 128), Oelandia, *et passim alibi.*
Hic *saepe scatet Alumine, interdum vero eo caret; differt a Schisto nigrica quod solidus, non inquinans. Tritura nigra est.*

olearius. *Proberstein.* 11. SCHISTVS scriptura cana, cinereus oblique truncatus.
Fissilis duriusculus, laminis crassis. *Carth. min.* 25.
Habitat in Westrogothia Walstaberg, Pyrenaeis.
Hic *proxime accedit Saxo Trapp, extus subferrugineus, punctis fuscis, quasi arenaceis, adspersus.*
Vsus *pro Coticula cum oleo, radit argentum. D. Tidstroem.*

effervescens. 12. SCHISTVS scriptura cana, fuscus effervescens.
Schistus calcarius. *Volf. min.* 150.
Habitat in Gullerås en Raetwik.
Hic *grosse finditur, parum effervescit, Marmor tamen non est.*

compactissimus. 13. SCHISTVS scriptura exalbida, compactissimus solidissimus.
Habitat in China. *Rarissimus.*
Hic *extus glaber inaequalis: intus compactissimus uti Silex absque particulis, niger aut fuscus, scintillas non dat.*

II. CALCARIAE.

2. MARMOR *Lapis e* Calce Animalium (53) combinata.

Fragmenta indeterminata, amorpha, ſubraſilia.

Effervescens cum acido, diſſolubilis in Calcem, at non intime ſolubilis.

Schiſtoſum. 1. MARMOR particulis impalpabilibus, nigrum, ſcriptura alba.

Flisſten. Marmor nigreſcens. *Coſt. foſſ.* 186.
Flisſten. *It. ſcan.* 121, 143, 148, 156.
Marmor vnicolor nigrum. *Wall. min.* 41. *n.* 2.
Habitat Tomarp Scaniae, *in* Moſſeberg.
Hoc *horizontaliter fiſſile in laminas craſſiores.*
Natum *e Schiſto Marmore calcificato, vti conſtitit ex adiacente Schiſto; Schiſtum in Marmor mutari viſum it. wgoth,* 87.
Vſus *pro monumentis ſepulchralibus, pauimentis etc. Calx etiam ex eo coquitur.*

nobile. *Marmor.* 2. MARMOR particulis ſubimpalpabilibus, opacum compactum poliendum.

Marmor ſolubile, particulis impalpabilibus raſilibus. *Syſt. nat.* 152. *n.* 8. *Muſ. Teſſ.* 10. *n.* 1.
Marmor. *Wall. min.* 45. *Anon. min. p.* 34.
Marmor polituram admittens. *Wolt. min.* 19.
Calcareus ſubtilis nitorem aſſumens eleganter coloratus. *Carth. min.* 23.

α. *album*	Parium.	*Coſt. foſſ.* 188. *n.* 4.	
β. *nigrum*	Lucullum.	*Coſt. foſſ.* 183. *n.* 1.	
γ. *cinereum*	Venetum.	*Coſt. foſſ.* 193. *n.* 10.	
δ. *flauum*	Phengites.		
ε. *rufum*	Numidium.		
ζ. *viride*	Verdello.	*Coſt. foſſ.* 199. *n.* 13.	
η. *maculatum album*	Africanum.		
ϑ. - - - *nigrum*	Canarienſe.		
ι. - - - *luteum*	Porta ſancta		
κ. - - - *purpuraſc.*	Lesbium.		
λ. - - - *viride*	Lacedaemonicum	*Coſt.* 199. *n.* 7.	

Habi-

Calx omnis et *Creta* e Teſtis et Coralliis Vermium prodiit, etiam illa, in qua nulla veſtigia animalium (excepta Terra aliena calcificata a dictis), vti certo conſtat de Humo, et dubie de Argilla.

Habitat in Africa, Europa auſtrali, Sueciae Kolmorden etc.

Hoc *ſit compactum, polituram nitidam admittens, coloribus puris imbutum absque fiſſuris et imprimis absque particulis Spatoſis, quae ſua politura maculis obſcuris vitiant.*

Varietas *huius pene infinitas vide apud da Coſtam.*

12. SAXVM. *Petra* heterogenea, mixta e Petrae variae particulis connexis coadunatisue.

Porphyrius. 1. SAXVM impalpabile, ſtriis punctis maculisque ſparſis ſpatoſis *Syſt. nat.* 189. *n.* 21.

Koppeſten. Saxum impalpabile ſi iceum fuſcum, granis ſpatoſis rubeſcentibus et albis. *Schreb. lith.* 78.

Saxum compoſitum iaſpide et faeltſpato, interdum mica et baſalte. *Anon. min.* 266.

Porphyrites. *Coſt. foſſ.* 283.

Iaſpis duriſſima rubens lapillulis variis inſperſis. *Wall. min.* 94.

α. *niger* ſpatis rubris. *Anon. δ.*

β. *niger* ſpatis rubris albisque. *Anon. γ.*

γ. *purpuraſcens* ſpatis albis. *Anon. β.*

δ. *viridis* ſpatis pallidis. *Anon. α.* Antiquorum.

ε. *niger* ſpatis atris.

Habitat in monte Hykie Dalekarliae; δ. in Aegypto; *hoſpitatur* Romae ε. Bitsbergae.

Hoc *petra impalpabili iaſpidea, cui immixtae paſſim particulae ſpatoſae.*

Trapezum. 2. SAXVM impalpabile ſchiſtoſum ſubcalcarium, fragmentis rhombicis.

Trapp. Saxum ſchiſtoſum calcarium cinereum. *It. wgoth.* 211.

Schiſtus cinereus ſolidiuſculus, ſcriptura cana. *Syſt. nat.* 154. *n.* 4. *Muſ. Teſſ.* 16.

Saxum compoſitum iaſpide martiali molli ſ. argilla martiali indurata. *Anon. min.* 267.

Saxum impalpabile calcarium ſchiſtiforme cinereum. *Syſt. nat.* 188. *n.* 25.

Habitat in monte Hunneberg, *quem fere totum conſtituit; in* Drammen Norvegiae, *in* Pyrenaeis, *ſed rufeſcens;* Skattungby Dalekarliae.

Hoc *finditur more Schiſti horizontaliter et perpendiculariter in rhombos, vix humanis viribus monendos; duriſſimus, diffringitur in fruſtula hinc convexa inde concava. Chalybe non ſcintillans, adeoque iaſpide differens; Aqua forti parum effervеſcit; in igne crepitat et cum bombo rumpitur; ſub dio ſolvitur in lamellas horizontales, ſchiſtoſas, cinereas, ſcriptura cana.*

Natum

Natum *ex Schisto, argilla mixto, aqua martiali indurato.*
Vsus. *Vbi tenerrimus existit pro lapide Lydio inseruit.*

Lapponicum. 3. SAXVM impalpabile rufescens, punctis maculisque albis. *Syst. nat.* 188. *n.* 22.
Habitat in Lapponiae *limite, eam distinguens* 150 *milliarium itinere a Norlandia s. ab Enara lacu excurrens in Dalekarliam inter Elfdaliam Sernamque, Sylua lapidosissima, nuda, atra Pineto Licheni bus filamentosis nigris barbato, subtus nivea Saxis Lichenibus imbricatis tectis; singulari adspectu.*

Dannemorense. 4. SAXVM impalpabile liuidum, marginibus fragmentorum subdiaphanis. *Syst. nat.* 188. *n.* 24.
Habitat in Fodina ferrea Dannemorensi, *cuius Matrix est.*
Hoc *fragmentis silicis modo conuexis rumpitur, marginibus subcorneis et obscurius subdiaphanis.*

Sahlbergense. 5. SAXVM marmoreum quattzosum granulatum cinereum. *Syst. nat.* 187. *n.* 9.
Lapis calcarius particulis granulatis minimis. *Anon. min.* 8. *n.* 3. *α.*
Habitat Sahlbergae, *Matrix Galenae argentiferae.*
Hoc *maximam partem calcarium, vt vix Quartzum extus conspicuum.*

Talcosum. 6. SAXVM spatosum talciferum. *Mus. Tess.* 72.
Habitat in Italia.
Hoc *ex Spato tenerrimo albo cum Mica Talcosa officinali.*

Helenae. 7. SAXVM cotaceum friabile calcario-arenosum.
Habitat in insula S. Helenae. *Ekeberg Capit. nautalis acutissimus.*
Hoc *ex Arena cinerea nigraque, mixta puluere albo calcario; inter digitos friabilis.*
Vsus: *pro vstione Calcis, sed flauescentis et arenosae.*

aethetetum. 8. SAXVM cotaceum quartzosum, particulis lacteis. *Syst. nat.* 186. *n.* 5.
Lapis arenaceus glutine incognito, forsan argillaceo. *Anon. min.* 276. *n.* 3. *d.*

Saxum petroſum arenaceo-ſiliceum. *Wall. min.* 164.
Habitat in apice montis Skrollſtaed Sernae; *in alpibus* Dalekarlicis *communis petra; hae alpes ſecundam regionem aëris tantum intrant Lichene rangiferino veſtitae.*
Hoc *ex Cote quartzoſa, ſubſtantia diaphana byalina, particularum interſtitiis repletis granis minoribus lacteis opacis.*

vndulatum. 9. SAXVM cotaceum ſubfiſſile rufum vndatum, atomis micaceis ſparſis. *Syſt. nat.* 186. *n.* 1.
Cos particulis angulatis opacis, ſuperficie vndulata. *Syſt. nat.* 148. *n.* 7.
Habitat Sernam *inter et* Limam *Dalekarliae.*
Hoc *ex Cote rubra, dura, fiſſilis: laminis craſſis ſ. pollicaribus, conuexo concauoque vndulatis, ſuperficie imprimis adſperſa atomis micaceis albis.*
Natum *videtur ex Arena ruſtica, dum olim fluctus maris repercuſſi a lateribus alpium, motu vndulatorio fundum arabant, cum lapidis vndae parallelae ſunt alpium lateribus, nec alternae.*

radians. 10. SAXVM cotaceum ſtriis atris radiantibus granatisque ſparſis.
Habitat ad Weſtra Silfberget *in vnico magno lapide. D. Tidſtroem.*
Hoc *ex Cote pallida, dura, cui inſperſae lineae Baſalticae, atrae, inaequales, ex diuerſis centris radiantes; praeterea Granati purpurei ſparſi immixti ſunt.*

Fahlunenſe. 11. SAXVM cotaceum rufum, atomis quartzoſis albis. *Syſt. nat.* 186. *n.* 2.
Habitat Fahlunae *conſtituens baſin Fodinae* ♀.

margaritarium. SAXVM cotaceum arenae margaritariae quartzoſum.
Habitat in Nericia. *Heſſelius.*
Hoc *ex Arena margaritaria byalina et Sabulo maiore quartzoſo rotundato, ſuperficie micante, coagulatum, glutine marmoreo albo.*

nouaculare. 12. SAXVM cotaceum albo-micaceum incarnatum ſubſtriatum. *It. ſcan.* 80.
Saxum compoſitum mica quartzo et forſan argilla martiali. *Amoen. min.* 264. *n.* 1.

Habi-

Habitat in Iaemrſioe Scaniae.
Hoc *ex particulis ſubmicaceis, albis, nitidis, oblongis, longitudinaliter congeſtis, paruis, mixtis paluere impalpabili glareoſo, vnde rafus farinam dat.*
Vſus: *Exportatur in Poloniam et Germaniam pro coticulis enſium et cultrorum praeſtantiſſimum.*

Stenonis. 13. SAXVM coraceum flaueſcens, micis minutiſſimis nigris. *It. ſcan.* 129.
Habitat in Monte Stenshufwud Scaniae, *quem conſtituit.*

morenſe. 14. SAXVM cotaceum ſpatoſum rufeſcens, granis quartzoſis hyalinis. *Syſt. nat* 187. *n.* 10.
Habitat in Mora Dalekarliae *lapis communis.*

decuſſatum. 15. SAXVM cotaceum quartzoſum incarnatum, micis ſparſis atris erectis decurſantibusque. *Syſt. nat.* 186. *n.* 8.
Habitat Kallmorae. *L. B. Tilas.*
Hoc *cotaceum, duriſſimum, albo-rufeſcens, cuius fragmenta lineolis nigris intercuſſantibus inſcripta: hae lineolae, ſecundum earum latera fractae, conſtant ſquamis micaceis, pollicaribus, atris, ſuperficialibus, diſtantibus.*

frumentale. 16. SAXVM cotaceo-talcoſum maculis lanceolatis ſparſis. *Muſ. Teſſ* 72.
Habitat in Germania.

molinum. 17. SAXVM cotaceo-quartzoſum micaceum. *Syſt. nat.* 187. *n.* 16.
Cos particulis maioribus ſabuloſis diuerſae naturae. *Wall. min.* 76.
Habitat in Smolandia: Wireſtad etc.
Hoc *conſtat granis Quartzoſis Cotaceisque, aequali copia mixtis cum Mica argentea.*
Vſus *pro Lapide Molari.*

Garpenbergenſe. 18. SAXVM cotaceum quartzoſum album, fragmentis illinitis mica alba. *Syſt nat.* 186. *n.* 4.
Saxum compoſitum particulis quartzoſis et micaceis. *Anon. min.* 268.
Habitat Garpenbergae; *Matrix minerae Pyritae cuprei.*
Hoc *ex particulis cotaceo-quartzoſis, ſolidis, mixtis mica minutiſſima; Fragmentis ſublaminoſis oblongis, extremitatibus oblique truncatis.*

19. SA-

Granites. *Gråberg.*

19. SAXVM ſpatoſum quartzoſum micaceumque rufeſcens. *Syſt. nat.* 187. *n.* 11.

Saxum compoſitum faeltſpato mica quartzo. *Anon. min.* 270. *n.* 2.

Petra Moſis. *Haſſelq. it.* 526.

Habitat in toto littore ſinus Bothnici, Maris Balthici, *imprimis* Roſlagiae, *totiusque* Alandiae; *imo in Sylvis ſteriliſſimis totius facile Sueciae. extus cinereus, ſed poſt vſtulationes, a Byſſo ſaxatili denudatus, etiam rufeſcens. Petra vulgatiſſima Rupes et Montes conſtituens fere vbique.*

Granites orientalis *conſtat Quartzo, vbi immixta Mica atra ſ. particulae Zinci ſterili; politum ſub diu obſolete vireſcit Quartzum; in aliis ſpeciminibus etiam Spatum albidum immixtum vidi. Idem e China poſſideo.*

Vſus. *In Cippis Runicis antiquiſſimis, etiam erectis, literae inſculptae Spataceis particulis excreſcunt et lectoribus taedium pariunt. It. Gotl.* 327. *Veterum ſtatuae ex Aegypto Romam allatae ex hoc conſtare videntur.*

fuſorium.

20. SAXVM micaceum quartzoſum ſpatoſumque ſubfriabile.

Saxum granites particulis parum adhaerentibus. *Anon. min.* 270. *n.* 1.

Habitat in Gallia.

Hoc *Spato campeſtri non ſcintillante mixtum erit. D. Tidſtroem.*

Vſus *pro fuſionibus Orichalci recipiendis.*

caeruleſcens.

20. SAXVM talcoſum micaceum caeruleſcens fatiſcens.

Habitat in Smolandiae *Korsberga Brantkullen. It. oel.* 24. *ſcan.* 21.

Hoc *dignoſcitur facile, praeſertim humens, colore viridi-caerulco.*

fatiſcens. *Sielfraeſten.*

21. SAXVM ſpatoſum micaceumque ſalſum fatiſcens.

Muria ſaxi ex mica ſpatoque. *Syſt. nat.* 164. *n.* 6. *Muſ. Teſſ.* 36.

Saxum in aëre deliqueſcens, nitroſum. *Wall. min.* 166.

Habitat in Finlandia; *vnicum in* Gotlandia. *It. gotl.* 266.

Hoc

Saxa non primaeua, ſed temporis filios eſſe, abunde euincunt ſtrata montium. Saxa matrices ſunt plurium Fodinarum ſ. Metallorum, ideoque Metallurgis probe obſeruanda et diiudicanda.

Hoc *manifeſtatur quod a plaga meridiei expoſita ſolvitur in Sabulum groſſum.*

alpinum. 22. SAXVM micaceum ſubfiſſile cinereum, granis granatinis quartzoſisque. *Syſt. nat.* 187. *n.* 12.
Saxum compoſitum mica quartzo et granato. *Anon. min.* 263. *n.* 1.
Habitat in Alpibus Lapponicis *ſummis; ordinaria petra.*
Hoc *ſubfiſſile: Fragmentis ex Mica cinerea, ſubimbricata, inaequali ob interſperſa grana rubra Granati aut Arenae quartzoſae.*

grano-ſum. 23. SAXVM acetoſum ſolidum atrum, granis granatinis.
Habitat in Weſtra Silfberget.
Hoc *atrum, aceroſum particulis minutiſſimis vix conſpicuis micaceis, cui inſperſi Granati magnitudine ſem. Cannabis, fuſci.*

tritorium. *Murkſten.* 24. SAXVM micaceum ſubfiſſile incarnatum, granis quartzoſis. *Syſt. nat.* 187. *n.* 13.
Saxum compoſitum, particulis quartzoſis et micaceis. *Anon. min.* 262. *n.* 2.
Habitat in Noruegia, Malung Dalekarliae.
Hoc *ex Quartzi granis depreſſis, vndique interſtinctis et quaſi corticatis Mica ruſa; Saxo alpino nimis affine.*
Vſus *Molares lapides minores praeſtantiſſimi, cum ſe ipſum rodant rotando.*

Roeroſienſe. 25. SAXVM micaceum nigro micaceo alboque quartzoſo-coraceo alternatis. *Syſt. nat.* 188. *n.* 17.
Habitat in ſubalpinis Noruegiae; *Matrix fodinae Pyriticoſo-cupreae* Roeroſienſis.
Hoc *ex ſtratis diuerſis, parallelis, ſaepe vndatis, approximatis: nigris ſquamoſo-micaceis; albis cotaceo-quartzoſis, duriuſculis.*

montanum. 26. SAXVM quartzoſum ſubſpatoſum albicans, mica aurea ſparſa. *It. ſcan.* 165. *Syſt. nat.* 186.
Habitat in altiſſimis montibus: Medelpadiae: Norbyknyl; Scaniae: Rammeleklint, *vbi totum montem conficit.*

mareſtrandenſe. 27. SAXVM micaceum quartzoſum fiſſile; micis albis nitidiſſimis ſubimpalpabilibus.

Habi-

Habitat Mareſtrandiae, *totum montem inſulae conſtituens cum plateis; ad ſolem nitens argento; frequens etiam in montibus proxime circumiacentibus vt et ad* Oeſtra Silf-berget.

punctatum. 28. SAXVM micaceum fiſſile incarnatum, granis granatinis. *Syſt. nat.* 187. *n.* 14.
Habitat Kioepingiae Scaniae.
Hoc *multum fiſſile Mica impalpabili, ſtriata, argentea immixtis granis granatinis rubicundis. Differt a maxime affini Coti compactae, modo ſquamulis micaceis minutiſſimis adſperſis.*

Bitsbergenſe. 29. SAXVM micaceum nigricans, atomis aceroſis longitudinalibus. *Syſt. nat.* 188. *n.* 18.
Habitat Bitsbergae Dalekarliae: *Matrix fodinae ferreae; etiam* Sahlbergae.
Hoc *nigrum ex particulis ſ. atomis minimis nigris, nitidis, longitudinaliter digeſtis, vnde fragmenta ſubſtriata euadunt.*

metallifetum. 30. SAXVM impalpabile cinereum, atomis quartzoſis micaceisque. *Syſt. nat.* 188. *n.* 23.
Habitat Fahlunae, *Matrix Metallifodinae; etiam* Bitsbergae.
Hoc *cinereum, impalpabile e quartzo et mica cinerea, inconſpicua; fragmenta margine fere ſubdiaphana.*

Sibiricum. SAXVM impalpabile iaſpideum rubrum, maculis albis quartzoſis.
Habitat in Sibiria *ad fodinas. D. Paul. Demidoff.*
Hoc *iaſpide rubro, ſubfiſſili, maculato Quartzo albo.*

Angermannicum. 31. SAXVM quartzoſum ſpatoſum album maculatum mica ſquamoſa atra. *Syſt. nat.* 186. *n.* 6.
Habitat in tota Angermannia; *in* Dalekarlia *inter* Appelbo *et* Naes.
Hoc *album ex Quartzo et Spato hyalinis groſſe mixtis, quibus paſſim immixta Mica atra, maiuſcula. Lapis poſt pluuias imprimis ſpectabilis atro colore, cui maculae albae latiſſimae inſperſae.*

Norbergenſe. 32. SAXVM quartzoſum acutangulum albidum. *Syſt. nat.* 186. *n.* 3.
Habitat Norbergae: *Matrix Ferrifodinae.*

33. SA-

fornacum. 33. SAXVM areñoſo-micaceum fiſſile cinereum interſtinctis atomis quartzoſis micaceisque. *Syſt. nat.* 187. *n.* 15.

Staellſten.

Habitat in Sueciae *montoſis ſyluaticis paſſim.*

Hoc *longitudinaliter fiſſile fere vt Aſbeſtus, cuius latera, praeprimis fragmentorum, tecta ſunt mica; ſubſtantia vero lapidis interſtincta atomis impalpabilibus micaceis et quartzoſis. Extremitas altera lapidis communiter oblique truncata. Differt a ſequenti duritie, magnitudine, rudiore textura. Plures lapides occurrunt proximi, dum interiectae partes deliquecre in terram.*

Vſus: *pro furnorum metallicorum exſtructione extremitate verſus focum verſa.*

cotiarium. 34. SAXVM ſchiſtoſum fiſſile fuſcum; atomis micaceis, oblique truncatum.

Cos. *Anon. min.* 264. 2.

Habitat Coloniae, Hellefors Lerwik. *D. Tidſtroem.*

Hoc *refert lignum petrificatum, ſtat oblique erectum, oblongum, vtraque extremitate quaſi oblique truncata, fiſſile longitudinaliter ad angulos acutiores, ſubſtantia nigricans ſubraſilis, atomis vix conſpicuis, fere micaceis, ad ſolem nitentibus. Supra vngues poſitum et concuſſum leuiter tinnitat.*

Vſus: *Ruſticis inſeruit ad acuendos cultros, licet rudior.*

grandaevum. 35. SAXVM micaceum ſpatoſum nigricans: particulis decuſſantibus ferreis. *Syſt. nat.* 189. *n.* 20.

Groenſten. Saxum compoſitum mica et hornblaende. *Anon. min.* 269.

β. Saxum viridi-caeruleſcens. *It. ſcan.* 21.

Habitat in Monte Taxås *et* Moeklanae Strenbrohultenſi *Smolandiae*; Hykie *monte Dalekarliae; in apice* Kinnekulle.

Hoc *Rupe alta, inaequali, aſpera, mixta ex Spato nigricante et Mica dura, rigida, vnde fracta conſpicitur adſperſa particulis aceroſis, oblongis, albis, nitidis, ferro inquinatis. Mons in ſuperficie ſaepe ſoluitur in ſabulum groſſius, angulatum.*

Vſus: *ad ferri vſtrinas immiſcetur Topho Tubalcaini pro vehiculo; ſaepe pauco ferro ſcatet; ſi copioſo, Smiris audit; grandaeuum dicitur, at nec ille, nec alius lapis primaeuus forte viſus eſt.*

36. SA-

tinnitans. *Klåckſten.*
36. SAXVM impalpabile micaceum quartzoſum ſubferreum, granis granatinis. *Syſt. nat.* 188. *n.* 19.
Saxum clangoſum. *It. wgoth.* 73.
Habitat in Weſtrogothiae Möſſeberg. *Fragmenta vnguibus impoſita, metalloque concuſſa edunt ſonum Stanni fabrefacti aut Campanulae.*
Hoc *obſcure cinereum, duriſſimum, ſubmartiale, particulis impalpabilibus e Mica et Quartzo, adſperſum Granatis obſcuris.*

primigenum.
37. SAXVM lapillis ſabulis argillaque connatum.
Breccia indeterminata. *Anon. min.* 275. *b.*
Habitat Nordbergae, Elfdaliae.
Natum *Argillae primaenae, quod ita refert, vt demta duritie perfecte lapidea, non diſtinguatur.*

amnigenum.
38. SAXVM lapillis ſabulis ochra connatum. *Muſ. Teſſ.* 72.
Lapis arenaceus ochra martis conglutinatus. *Anon. min.* 276. *n.* 4.
Habitat in Oſtrobothnia *e fluuio* Haukipudas.
Natum *e lapillis et ſabulo, ochra ferri coagulatum, in duritiem fere minerae ferreae. Ruſtici ſabulum e fundo fluuii effodiunt, in aceruos colligunt, ſub dio per annum vnum alterumque pro perfecta ferruminatione relinquunt.*
Vſus: *Ruſtici ex arte, ſic confectis lapidibus focum exſtruunt. Ferro fundendo non inſeruit, cum pauperrimum ſit.*

Silicinum. *Puddinſtone.*
39. SAXVM ſilicibus cretaceis iaſpide connatum.
Silex concretus. *Vog. min.* 128.
Saxum ſilicibus amorphis materia iaſpidea conglutinatis. *Anon. min.* 273.
Habitat in Anglia *frequens; Hoſpitatur in plateis* Londinenſibus.
Natum *e minoribus Silicibus cretaceis, eadem materia ſaepe aliter colorata, coagulatum; frequentius flaveſcens.*
Vſus *politura nitidum refert Mappam geographicam.*

CLAS-

CLASSIS II.

MINERAE.

I. SALIA.

13. NITRVM frigido-acidum, eſſentiale.
14. NATRVM amaricans, alcaleſcens.
15. BORAX ſubſapidum, alcaleſcens.
16. MVRIA acutum, medium.
17. ALVMEN auſterum, acidum minerale.
18. VITRIOLVM ſtipticum, acidum minerale.

II. SVLPHVRA.

** Vnctuoſa, Inertia.*

19. AMBRA Fumo ambroſiaco.
20. SVCCINVM Fumo ſuaueolenti.
21. BITVMEN Fumo graui.

** * Mineraliſata, Metallica.*

22. PYRITES Fumo acuto, luteo.
23. ARSENICVM Fumo alliaceo, albo.

III. METALLA.

** Friabilia;* Semimetalla *vulgo.*

24. HYDRARGYRVM fluidum, ſiccum.
25. MOLYBDAENVM inquinans, non fuſile.
26. STIBIVM fibroſum, friabile.
27. ZINCVM rimoſo-malleabile.
28. VISMVTVM laminoſo-malleabile.
29. COBALTVM compactum, fragile.

** * Malleabilia;* Metalla *proprie dicta.*

30. STANNVM albiſſimum, mutum.
31. PLVMBVM caeruleſcens, mutum.
32. FERRVM fuſceſcens, ſonorum.
33. CVPRVM rufum, ſonorum.
34. ARGENTVM albiſſimum, ſonorum.
35. AVRVM luteum, mutum.

MINERAE omnes cryſtalliſando natae ſunt; *exceptis Sulphuribus vnctuoſis.*

Peregrina *iſta, quae continent minerae, ſunt Chemicorum tria: Sal, Sulphur, Mercurius.*

Minerae *dignoſcendae a ſuo peregrino denudando, et inde Genera eorumque characteres deducenda, quemadmodum in Plantis ab interna fructificatione.*

SALIA in Aqua ſoluta *cryſtalliſantur diminutione vehiculi, quiete, frigore.*

Polyedra, *e planis et rectis angulis, eſſe omnia Salia docent eorum Cryſtalli.*

Cryſtalli figurae *in eodem Genere ſaepe aliquatenus mutantur, neque hoc ſine numine; nihil enim agit, ſine ſufficienti cauſa Natura, a qua nihil ſupernacaneum, nihil perperam peragitur; quod ſerior Nepotum dies extricabit. Multae errantes obſeruationes per tenebricoſas naturae latebras tandem reperiant eius viam.*

Lapidoſas cryſtallos *ſecundum figuras retuli, quatenus hic dies admiſit.*

Terram *via humida cryſtalliſari poſſe abs ſale, primum credam dum videro; via ſicca res aliena eſt.*

SVLPHVRA in igne *dant fumum et flammam, in oleo ſoluuntur; ſcatent etiam ſale, decompoſita.*

Vnctuoſa *cum Reſinis Vegetabilium conueniunt in plurimis; an e Vegetabili principio orta?*

Mineraliſata *ſcatent Salino metallico.*

METALLA Regulum *dant nitentem, opacum, in igne fluidum: Molybdaeno excepto hodie ignoto.*

Metamorphoſis Metallorum *etiamnum latitans fruſtra in Vulcani templo, at potius in Naturae ſacratiſſimis quaerenda; pauci parentes certe plurimos produxere filios alienos. Mars omnino polygamus fuit.*

Pla-

	pondus.	*fuſio.*	*amalg.*	*color.*	*conſiſtentia.*	*ſonus.*	*menſtr.*
Platinum	22000	- 9	- 0	album.			♅
Aurum	19640	- 6	- 1	flauum.	malleabiliſſ. ductile,	mutum.	♅
Argentum	11091	- 5	- 2	album.	maleabiliſſ. ductile,	ſonorum	♅
Cuprum	8843	- 7	- 7	rufum.	malleabile,	ſonorum	♅
Ferrum	8000	- 8	- 8	fuſcum.	malleabile,	ſonorum	♅
Plumbum	11325	- 4	- 3	caerul. alb.	molle,	mutum	♅
Stannum	7400	- 3	- 4	album.	ſtridenti - flexile	mutum	♅♅
Cobaltum				album.	fragile,		♅♅
Viſmutum	9700		6	flau. - alb.	laminoſo malleab.	ſonorum	♅
Zincum	7000	- 2	- 5	album.	rimoſo - malleab.	ſubſonor.	♅
Stibium		- 6	- 9	album.	fragiliſſimum		♅
Hydrargyr.	13590	- 1		album.	fluidum	mutum	♅

Qualitas ♂ *nigricans*, *auſterum*, *ſtipticum*.
♀ *viride ſ. caeruleum corroſiuum*.
♅ *album*, *exſiccans*.
♄ *albidum*, *dulcificans*.
♁ *rapax*, *excepto auro*, Lupus Metallorum.
☿ *penetrans*, *ſaliuans*, *amalgamans*, Seruus fugitiuus.

I. SALIA.

13. NITRVM. ♀ *Sal* aethereum, acre, essentiali-acidum.
Crystallus prismate hexaëdro: pyramidibus hexaëdris. *Fig.* 1.
Sapore frigido-acre.
Igne fusile, phlogisto detonans.

* *Nuda.*

natiuum. *Saltpetter.* 1. NITRVM humosum. *Syst. nat.* 163. *n.* 1.
Nitrum nudum humosum. *Wolt. min.* 23.
Nitrum terra mineralisatum. *Wall. min.* 165.
Nitrum semiuolatile terrae immixtum. *Carth. min.* 38.
Habitat in Humo *sub tectis.*
Terra *in igne fremit, et scintillas lucidas spargit, eoque et indicat suum nitrum.*
Natum *e Nitro aëreo, accessibili ad terram animalem, vbi imbres non eluunt.*

* * *Quartzosa.*

Crystallus montana. 2. NITRVM lapidosum quartzosum octdecaëdrum hyalinum. *Syst. nat.* 163. *n.* 2. *Mus. Tess.* 30. *n.* 10. *FIG.* 1. *f.* 1.
Crystallus hexagona non colorata. *Wall. min.* 104. *Scheuch. it.* 243. *t.* 6. *Velsch. hecast.* 1. *p.* 54. *Worm. mus.* 99. *Wolf. hass. t.* 1. *f.* 1, 4, 6.
Crystallus montana. *Anon. min.* 52. *n.* 2. *δ. Gesn. figur.* 21. et 18. *f.* 1, 2. *Rumph. mus. t.* 52. *f.* 5, 3, 4.
α. Crystall. oblongis distantibus. *Amoen. acad.* 1. *p.* 477. *n.* 9. *t.* 16. *f.* 8.
β. - - - - lateribus 2 oppositis latioribus. *Mus. Tess.* 34. *n.* 15. (FIG. 4.)
γ. - - - - vtrinque pyramidatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 476. *t.* 16. *f.* 6. (FIG. 1.)
δ. - - subacaulibus vtrinque pyramidatis. *Mus. Tess.* 30. *n.* 8. *t.* 2. *f.* 1. (FIG. 2.)
ε. - - acaulibus vtrinque pyramidatis. *Mus. Tess.* 30. *n.* 1. (FIG. 3.) Iris. *Bocc. obs. t.* 304.
ζ. - - - - aggregatis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 477. *n* 10. *t.* 16. *f.* 6. *Mus. Tess.* 32. *n.* 11, 12.

Habi-

Habitat in rupium *cauitatibus et rimis, copiosus in* lemtia, *nec infrequens in fodinis.*

Natum *ex aqua aetherea, nitro fertili, in cryptis lapidosis diu retenta et quiescente; vnde a loci frigiditate subcrystallisat atomos innatantes terrestres, inde pelluciditas. Rarissimum quod aquae guttulae scatet.*

Fluor. 3. NITRVM lapidosum quartzosum octdecaëdrum. *Syst. nat.* 163. *n.* 3.

Quartzum crystallisatum. *Anon. min.* 52. *n.* 2.

Crystallus tincta. *Wolt. min.* 13.

α. purpureo-fuluum. *Hyacinthus* verus. *Iust. min.* 385. *Vog. min.* 145. *Baum. min.* I. *p.* 235.

β. flauum. Pseudo-*Topazius. Baum. min.* I. *p.* 231.

γ. rubrum. —— *Rubinus. Wall. min.* 105. *Baum. min.* I. *p.* 320.

δ. violaceum. —— *Amethystus. Iust. min.* 380. *Vog. min.* 142. *Baum. min.* I. *p.* 235.

ε. caeruleum. —— *Sapphirus;* dilutior, *Angites. Baum. min.* I. *p.* 231.

ζ. cyaneum. —— *Beryllus;* viridior, *Chrysolithus. Baum. min.* I. *p.* 236.

η. viride. —— *Smaragdus;* pallidior, *Chrysoprasus.*

ϑ. nigricans. —— *Morion. Baum. min.* I. *p.* 232. *n.* 2.

ι. opacum. ——

Habitat cum praecedenti in fodinis; *Varietas tantum praecedentis.*

Natum *vt prius, sed tinctum ab aqua metallica in ipsa generatione, vnde etiam durius. Vtriusque speciei Crystalli liberae et vtrinque pyramidatae sunt communiter duriores reliquis.*

Vsus: *succedaneum Gemmarum pretiosarum.*

inane. 4. NITRVM lapidosum quartzosum cauum.

Crystallus nitriformis quartzosa aggregata fistulosa. *Amoen. acad.* I. *p.* 478. *n.* 14. *t.* 16. *f.* 12.

Crystallus montana cauitate sexangulari. *Wall. min.* 108. *n.* 4.

Habitat in Germaniae *fodinis.*

Crystalli *plures, confertae, intus canae cauitate angulata, extus scabrae atomis crystallinis albidis.*

Natum *videtur e cryſtallo nuda, cui innata cruſta cryſtallina ab incumbente aqua, tandem deliqueſcente interiore cryſtallo nuda ſ. ſalina; at vero cum vndique clauſa ſit exterior, via exitus interioris non patet.*

* * * *Calcaria.*

truncatum. 5. NITRVM lapidoſum ſpatoſum octaëdrum, priſmate hexaëdro vtrinque truncato. (FIG. 5.)

Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa vtrinque truncata. *Amoen. acad.* 1. *p.* 479. *t.* 16. *f.* 16. *Muſ. Teſſ.* 28. *n.* 4.

Cryſtalli ſpatoſi hexagoni truncati. *Anon. min.* II. *n. a.*

Spatum cryſtalliſarum priſmaticum hexaëdrum truncatum. *Wall. min.* 58. *f.* 5.

Spatum alcalinum priſmaticum hexaëdrum vtrinque truncatum. *Wolt. min.* 19.

β. Cryſtallus — priſmatis lateribus alternis anguſtioribus. (FIG. 6.)

γ. Cryſtallus — plana ſubotbicularis hexaëdra. *Amoen. ibid. t.* 16. *f.* 18.

δ. Cryſtallus — plana trifariam imbricata. *Amoen. ibid.* 480. *t.* 16. *f.* 19.

Habitat in Saxoniae, Hannoueriae *fodinis.*

Hoc *priſmate Nitri hexaëdro absque pyramidibus ſ. vtrinque truncatum, efferueſcens, album ſaepius ſubdiaphanum, adeoque figura Salis Seguiette, ſimilique forma exſurgit Sal ex Alumine cum ſale alcali plantarum mixto.*

14-edrum. 6. NITRVM lapidoſum ſpatoſum decateſſeraëdrum, priſmate triedro ſubhexagono, pyramidibus truncatis.

Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa vtrinque truncata triquetra: angulis omnibus planis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 479. *t.* 16. *f.* 17.

Habitat cum praecedenti.

Cryſtallus 14-*edra. Priſma hexaëdrum e Planis* 3. *rectangulis et* 3 *alternis hexagonis, longe anguſtioribus. Pyramis vtraque triquetra e Planis trigonis, cincta planis* 3 *rectangulis anguſtiſſimis.*

fuillum. 8. NITRVM lapidoſum ſpatoſum ſedecaëdrum foetidum.

Lapis ſuillus. *Act. Stokh.* 1759. *p.* 26.

Lapis ſuillus priſmaticus. *Wall. min.* 59. *n.* 1.

Habi-

Habitat in Weſtrogothia.

Hoc *idem cum Bitumine ſuillo, quod etiam ſaepe cryſtallinum, ſed cryſtallis adeo confertis, vt earum figura non conſtet; quod autem deſcripſi l. c. erat perfectiſſimis cryſtallis et diſtinctis omnino Nitri.*

baſaltinum. 9. NITRVM lapidoſum gypſeum opacum dodecaëdrum, priſmate compreſſo-hexaëdro, pyramide triedra.

Habitat in montium catena, prope Oerebro Nericiae.

Hoc *excreſcit ſupra Stirium calcarium, eiusque progenies eſt.* Cryſtalli *difficilius perfectae obtinentur, cum ſaepe inſtar ſtratorum ſunt ſparſae; hae rudes, cinereo-ſordidae, opacae nec diaphanae, fixae, non ſpatoſae, ſaepe ramoſae. Priſma communiter hexaedrum, compreſſum lateribus duobus oppoſitis latioribus; rarius tetraëdrum. Pyramis cuneata ſ. duobus aut tribus lateribus pentagonis, videtur Baſaltis progenies; ſed cryſtalli figura omnino Nitri dodecaëdri. Intra eosdem montes ſaepe Granati nigro-purpuraſcentes et oblongi, vt Baſaltes, irregulari columna, craſſitie ſaepe pollicis.*

14. NATRVM. *Sal* Calcarium, ſubalcalinum.

Φ *Cryſtallus* propria: *Priſma* tetraedrum ex planis pentagonis: alternis verticalibus et anguſtioribus. *Pyramis* ſ. vtraque extremitas e planis 2 parallelogrammis. *Mylii ſaxon.* 2. *p.* 8. *f.* 2. FIG. 7. 8.

Sapore americans.

Igne liqueſcens.

* *Nuda.*

antiquorum. 1. NATRVM nudum terreſtre. †.

Sal Perſicum. *Wolt. min.* 298.

Alcali orientale impurum terreſtre antiquotum. *Wall. min.* 181.

Natron et Baurack antiquorum. *Anon. min. p.* 125.

Sal alcali minerale. *Inſt. min.* 267.

Habitat in calidiſſimis regionibus *ſupra ipſam terram.*

Hoc *non vidi, quod vero ſub hoc nomine miſit Haſſelquiſt e Palaeſtina et Swabio obtuli, erat Argilla muriatica; adeoque antiquorum notitia vera etiamnum deficit; an Sal pyramidale Aegypti? Bocc. obſ. t.* 307.

murorum. 2. NATRVM nudum calcarium.

Natrum murorum. *Syſt. nat.* 161. *n.* 3. *It. ſcan.* 299.

murſalt. Alcali fixum muris fornicatis adhaerens. *Carth. min.* 32.

Alcali ſalis communis terra calcaria parua proportione combinatum. *Anon. min.* 137.

Aphronitrum. *Wolt. min.* 300.

Aphronitrum ſ. flos ferri ex antiquis muris. *Lerch. oryct.* 44.

β. Natrum marmoris. *Syſt. nat.* 161. *n.* 1.

Sal calcarium. *It. oel.* 147.

Ha-

Natri genus mihi comprehendit et *Salia alcalina* vera cum acidis efferuescentia, rariſſima extra fontes medicatos, et *Salia amara* Purgantia dicta, quae ſalia quidem *media* dici poſſunt, ſed participant magis qualitatibus alcalinis, quam acidis.

Habitat in muris *calce exſtructis et ſub eorum fornicibus aëri humido expoſitis, pruinae inſtar efflorescens, interdum etiam e Lapide* Marmoreo *efflorescit β.*

fontanum. 3. NATRVM nudum fontanum ſaturatum. *Syſt. nat.* 161. *n.* 3.

purgerſalt. Natrum natiuum acidularum. *Wolt. min.* 25.
Sal purgans. *Liſt. font. angl. Hoffm. diſſ. Sal. carol.*
Acidum vitrioli alcali ſaturatum minerali. *Anon. min.* 126.
Natrum thermarum et acidularum. *Carth. min.* 38.
Alcali in acidulis et thermis hoſpitans. *Wall. min.* 181.

α. Epſomenſe Angliae.
β. Seidlizenſe Bohemiae.
γ. Vmoenſe Sueciae.
δ. mirabile Glauberi.

Habitat in quibusdam fontibus; *rariſſimum in* Suecia.

Natum *hoc eſſe ex Sale muriatico et ferro, conſtat ex ahenis ferreis, in quibus ſal culinare coquitur, ad cuius parietes etiam generatur. Ergo Sal acidum ſale alcali ſaturatum.*

* * *Lapidoſa.*

verticale. 4. NATRVM lapidoſum ſpatoſum octaëdrum priſmaticum apice contrario. (FIG. 8.)
Cryſtallus natriformis ſpatoſa, cryſtallis verticalibus. *Amoen. acad.* I. *p.* 475. *n.* 5. *t.* 16. *f.* 16.
Habitat in Germania.
Cryſtalli *apicis ſuperioris Plana ſunt parallela cum* Priſmatis *lateribus anguſtioribus, quo differt a ſequenti.*

appropriatum. 5. NATRVM lapidoſum ſpatoſum octaëdrum priſmaticum apice parallelo. (FIG. 7.)
Cryſtallus natriformis ſpatoſa, cryſtallis erectis inordinate ſparſis lacteis ſubdiaphanis. *Amoen. acad.* I. *p.* 474. *t.* 16. *f.* 1.
Habitat in Germania: Andersberg.
Cryſtallus *octaëdra, vt in charactere generico data. Differt a praecedenti, quod apicis ſuperioris latera in hoc ſint parallela cum* priſmatis *lateribus latioribus, nec contra vt in illo.*

criſta-tum. 6. NATRVM lapidoſum ſpatoſum decaëdrum priſmaticum apice parallelo (FIG. 16).

Tupp-kamb. Natrum ſpatoſum, cryſtallis truncatis apice compreſſis. *Muſ. Teſſ.* 26. *n.* 2.

Cryſtallus natriformis ſpatoſa hyalina ſ. incarnata. *Amoen. acad.* I. *p.* 474. *n.* 2, 3, 4, *t.* 16. *f.* 2, 4.

Fluor. *Geſn. figur.* 26.

Marmor metallicum druſicum criſtatum. *Anon. min.* 19. *n.* 2.

Habitat in Germania: Hercynia.

Cryſtallus *decaëdra: Priſma hexaëdrum, tetragonum: Planis duobus oppoſitis latioribus pentagonis; reliquis ſcalenis; proximis paribus:* Apex *vterque contrarius ex planis 2 parallelogrammis; verbo ſimillima Cryſtallus ſpeciei praecedentis, praeterquam lateribus priſmatis anguſtioribus duplicatis ſ. carinatis; apex lateribus latioribus priſmatis parallelus ſeu compreſſus in eodem plano cum lateribus.*

flexile. 7. NATRVM lapidoſum gypſeo-ſpatoſum decaëdrum priſmaticum flexile, particulis ſpatoſis oppoſitis. (FIG. 15).

Selenites ſpatoſo-gypſeus priſmaticus. *Syſt. nat.* 24. *n.* 2. *β. Muſ. Teſſ.* 24. *n.* 2.

Cryſtallus ſelenitica gypſea ſubſolitaria priſmatica hyalina ſubdiaphana. *Amoen. acad.* I. *p.* 476. *n.* 2.

Habitat in Heluetia.

Cryſtallus *priſmatica, hexaëdra, compreſſa, flexilis, conſtans partibus ſpatoſis, non omnibus ſecundis, ſed ſecundum lineam medullarem oppoſitis.* Apex *diedrus vt in N. verticali. Figura omnino Salis Epſamenſis.*

glaciale. 8. NATRVM lapidoſum gypſeo-ſpatoſum fuſiforme pellucidum.

Selenites ſpatoſo-gypſeus cuneiformis. *Syſt. nat.* 162. *Muſ. Teſſ.* 24. *n.* 3.

Gypſum cryſtalliſatum cuneiforme. *Anon. min.* 19. *n.* I. *A.*

Marmor indicum fixum, particulis impalpabilibus pellucidum. *Muſ. Teſſ.* 14.

Gypſum lamellis rhomboidalibus pellucidum. *Wall. min.* 47.

Glacies Mariae. *Vog. min.* 159.

Spa-

Spatum informe molle, lamellis parallelis aequalibus. *Carth. min.* 12.

Habitat Montmartre *Gallorum inter rimas montium gypſaceorum.*

Cryſtalli *ſaepe aliquot vlnarum, fiſſiles in membranas pellucidiſſimas inſtar Micae membranaceae. Figura fuſiformis ſ. oblongo-ouata, vtrinque attenuata et fere rhomboidalis, aut cuneiformis. In hac ſpecie, aeque ac in praecedenti, rhombeae particulae ad lineam longitudinalem medullarem vertunt ſitum et ſunt oppoſitae.*

Selenites. 9. NATRVM lapidoſum gypſeo-ſpatoſum decaëdrum rhombeum (FIG. 17.)

Selenites ſpatoſo-gypſeus rhombeus. *Syſt. nat.* 162. *n.* 1. *t.* 18. *f.* 3. *Muſ. Teſſ.* 24. *n.* 1.

Selenites. *Dal. pharm.* 46. *Aldr. muſ.* 678. *Worm. muſ.* 56. *Muſ. angl. t.* 21. *f.* 5, 6. *Rumph. muſ. t.* 52. *f.* 1, 12.

Cryſtallus gypſea ſolitana rhombea hyalina diaphana. *Amoen. acad.* 1. *p.* 475. *t.* 12. *f.* 3.

Gypſum cryſtalliſatum figura rhomboidali. *Wall. min.* 46. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 3.

Sal petrefactum. *It. oel.* 79. *It. ſcan.* 121.

β. angulis truncatis 14-edrum. (FIG. 16)

Habitat inter ſtrata Schiſti aluminaris, *imprimis vbi Bitumen occurrit.*

Cryſtallus *rhombea, compreſſa: Latera duo maiora rhombea oppoſita; haec cincta ſunt ab omnibus quatuor lateribus rhomboidibus geminatis; adeoque decaëdra.* Variat. *β. minus rhombea, ſed potius quadrata apicibus omnibus 4 truncatis rhombo, et ſic* 14-*edra.*

pyritiforme. 10. NATRVM lapidoſum ſpatoſum regulare dodecaëdrum. (FIG. 29.)

Habitat in Germania.

Cryſtallus *Teſſera dodecaëdra ex Planis pentagonis duobus maioribus et planis trapetziis* 10 *minoribus lateralibus.*

12-edrum. 11. NATRVM lapidoſum ſpatoſum dodecaëdrum, priſmate hexaëdro, pyramidibus triedris: planis omnibus pentagonis. (FIG. 11.)

Nitrum

Nitrum ſpatoſum cauleſcens, pyramidibus triedris: lateribus pentagonis. *Muſ. Teſſ.* 26. *t.* 2. *f.* 5.

Cryſtallus ſpatoſa priſmatica ſuberecta pellucida vitrea. *Scop. hydr.* 49.

β. lenticulare acaulon. *Muſ. Teſſ.* 28. *t.* 2. *f.* 1.

Habitat in Germaniae *fodinis.*

Cryſtallus *priſmatica pyramidibus obtuſoribus.* PRISMA *hexaëdrum e Planis 6 pentagonis aequalibus, ſed alternis verticalibus.* PYRAMIS *vtraque triedra e Planis 3 pentagonis.* VARIETAS *β.* ſimillima ſed acaulis, planiuſcula, cuius priſmatis rudimentum inter pyramides ex Planis 6 trigonis: alternis verticalibus.

vrinoſum. 12. NATRVM lapidoſum marmoreo - ſpatoſum erectum, pyramide triedra. (FIG. 37.)

β. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa aggregata trifariam imbricata. *Amoen. acad.* I. *p.* 478. *t.* 16. *f.* 14.

Nitrum ſpatoſum acaule, pyramide triquetra acute imbricata. *Muſ. Teſſ.* 28. *n.* 6.

Habitat in Concha *foſſili*; *β. in* fodinis.

Cryſtalli *columnis confertiſſimis, vt anguli non diſtinguantur. Pyramides acute triquetrae: Planis triangulis. Color flaueſcens, pellucidus. Figura proxime videtur accedere ad Cryſtallos lapidoſas vrinae D. Schreberi, quae absque columna ſunt, et conſtant Pyramide ſ. Teſſera tetraëdra Planis omnibus triangulis aequalibus. Hoc et ſequens efflueſcunt, reliqua non item.*

Hyodon. *Swintand.* 13. NATRVM lapidoſum marmoreo - ſpatoſum obliquum dodecaëdrum, pyramide hexaëdra. (FIG. 31.)

Spatum cryſtalliſatum ſexangulare. *Wall. min.* 58. *n.* 3.

Nitrum ſpatoſum acaule vtrinque pyramidatum: pyramide ſuperiore ſubulata. *Muſ. Teſſ* 28. *n.* 5.

Nitrum *irregulare* ſpatoſum acaule, pyramidibus trigonis: lateribus rhombeis carinatis. *Muſ. Teſſ.* 26. *n.* I. *t.* 2. *f.* 7.

Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa acaulis, pyramidibus aequalibus. *Amoen. acad.* I. *p.* 480. *n.* 22. *non figura.*

Cryſtalli ſpatoſi hexagoni pyramidales. *Anon. min.* II. *n.* 6.

β. Cry-

β. Cryſtallus nitriformis ſpatoſa acaulis, pyramide ſuperiore ſubulata. *Amoen. acad.* I. *p.* 477. *t.* 16. *f.* 9, 10. *mala. Muſ. Teſſ.* 28. *n.* 5.

γ. Cryſtallus nitriformis ſpatoſa acaulis aggregata faſciculata decumbens. *Amoen. acad. t.* 16. *f.* 11.

Habitat in fodina. Dannemorenſi *cum Amianto ſubere et Bitumine Aſphalto atque in Aetite marmoreo.*

Cryſtallus *vix cauleſcens ex ſolis* 2 *pyramidibus oppoſitis; plerumque decumbens. Pyramis vtraque eſt hexagona, ſed Plana eius Scalenum formant, quorum duo proxima paria; hinc diſtinguitur a Nitro acauli quod pyramides contrariae non linea transverſa diſtinguantur, ſed ſerpentina.*

embryonatum.

14. NATRVM lapidoſum ſquamis ligulatis ſubimbricatis canaliculatis opacis.

Pyrites *embryo* cryſtalliſatus triqueter ſquamoſo-imbricatus. *Muſ. Teſſ.* 46. *

Habitat frequens in Saxoniae *fodinis cum Natro criſtato, Nitro cryſtall. mont. et Pyrita.*

Cryſtalli, *ſi cryſtallos dicere liceat, ſeu potius* Squamae *flauae ſ. griſeae, opacae, coaceruatae et fere imbricatae, in acernos hemiſphaericos communiter collectae, ſubrhombeae, parum inclinatae et ſubcanaliculatae latere exteriore, hinc figura exſurgit Salis calcarii ſ. alcalini. Datur et albus et griſeus.*

15. BÓ-

15. BORAX. *Sal* Alcalinum. (*an naturale? Pott. obſerv. 2. p. 59*).
Cryſtallus priſmatica octaëdra, apice vtroque pyramide truncata; vel alia. (FIG. 14.)
Sapore obtuſus.
Igne intumeſcens, vitreſcens.

* *Nudi.*

Tincal. *Borax.*
1. BORAX nudus.
Borax crudus caeruleſcens ſexangularis. *Wall. min.* 191.
Borax. *Anon. min.* 139.
Borax depuratus albus octangularis. *Wall. min.* 192.
Habitat vel adfertur e China, Tranquebar. *Pott. obſervat. Berol.* 1741. 4*to.*
Cryſtallos *tres ex hac ſpecie obtinui, ſatis diſtinctas.*
α. 15-*edra. Priſma hexaëdrum: Planis alternis verticalibus; horum plana alterna carinata ſ. bifida e binis rhombis. Pyramides triedrae, ſed altera e planis pentagonis; altera e planis rhombeis.* (FIG. 33.)
β. 12-*edra. Priſma tetraëdrum: Planis alternis ſ. oppoſitis maioribus, pentagonis, verticalibus; alternis anguſtioribus carinatis ſ. bifidis ex trapetziis geminis. Pyramides triedrae: Planis duobus tetragonis, et vno pentagono.* (FIG. 14.)
γ. 12-*edra. Priſma hexaëdrum Planis pentagonis: alternis anguſtioribus verticalibus. Pyramis vtraque triedra Planis pentagonis.* (FIG. 10.)
Vſus *pro colliquatione et coadunatione metallorum.*

* * *Lapidoſi.*

Gemma nobilis.
2. BORAX lapidoſus priſmaticus pellucidus; pyramidibus truncatis.
Nitrum quartzoſum coloratum. *Muſ. Teſſ.* 32. *n.* 14.

Topazius.
α. Flaua.
Topazius gemma. *Anon. min.* 45. *Iuſt. min.* 381. *Vog. min.* 141. *Wall. min.* 113. *Baum. min.* 1. *p.* 232.

Chryſolithus.
β. Virens.
Topa-

Cryſtalli lapideae huius difficillime determinantur genere. Habeo *Granatos* figura omnino Poracis Tincal; Granatis accedit proxime *Baſaltes*; Baſaltidi nimis affinis eſt *Electricus*; Electrico *Gemma*: Si alii aptiorem locum reperiant nullus repugnabit. Pleraeque hae calefactae euadunt electricae. *Gemmas* ſolidiſſime expoſuit *D. Quiſt. in act. Stockh.* 1768. *p.* 55.

Topazius flauo-virens. *Anon. min.* 46. *Wall. min.* 115. Chrysolithus. *Iust. min.* 384. *Vog. min.* 147. *Baum. min.* 1. *p.* 234.

Beryllus. *γ. Caeruleo-virens.*

Topazius Beryllus; Aqua marina. *Anon. min.* 47. *Vog. min.* 146. *Wall. min.* 119.

Smaragdus. *δ. Viridis.*

Smaragdus gemma. *Anon. min.* 48. *Iust. min.* 379. *Vog. min.* 145. *Wall. min.* 114. *Baum. min.* 1. *p.* 233.

Habitat passim varius in Europa *australi; α. in Saxonia.*

Crystallus *α Prisma hexaëdrum oblongum: Planis duobus angustioribus oppositis; Pyramide truncata ex Planis duobus pentagonis verticalibus et quatuor trigonis minoribus. Mus. Tess.* 32. *n.* 14. *vel Prisma hexaëdrum, terminatum Pyramide truncata: angulis terminalibus truncatis.* (FIG. 33.)

— *β. γ. mera varietas Topazii vulgo existimatur.*

— *γ. fere simili figura; calefactus phosphoreus, colore in igne persistens. Facies Basaltidis, viridis. Sic Boraci accedit proxime figura Crystalli huius.*

Vsus: Gemmae nobiles *salutantur.*

Basaltes. *Skioerl.* 3. BORAX lapidosus columnaris politus, pyramidibus triquetris.

Stannum crystallis columnaribus nigris. *Syst. nat.* 181. *n.* 2.

Basaltes. *Baum. min.* 1. *p.* 220.

Corneus crystallisatus prismaticus lateribus inordinatis. *Wall. min.* 139.

Smectis crystallisatus, crystallis oblongis irregularibus. *Cartb.* 27.

α. atrum.

β. viride.

γ. album.

Habitat in fodinis passim, in alpinis Wermelandiae, *in* Anglia, *matrice saepius Zinci sterilis.*

Crystallus *perfecta rarius occurrit vel difficulter extricatur. Prisma 6-s. 4-s. 9-edrum: hoc Planis tribus alternis aut tertiis latioribus, politum.* PYRAMIS *obtuse triquetra e Planis rhombeis. Continet saepe ferrum; interdum Stannum aut Plumbum; interdum sterile est solo ferro. Medium quasi inter Sterilum et Granatum.*

4. BO-

Electricus.

4. BORAX diaphanus subopacus purpureus maxime electricus.

Lapis electricus. *Act. Paris.* 1717. *p.* 9. *Flor. Zeyl.* 8. *Act. berol.* 1756. *p.* 105.

Aſcendrecker, Trip, Tourmalin. *Vog. min.* 191. *Act. Holm.* 1768. *p.* 7.

Habitat in Zeylonae *fluuiis; ante* 30 *annos innotuit. D. Iennings. Equ. Aur.*

Gemma *vix ſubdiaphana, ſaepius purpurea; calefacta in aqua calida euadit electrica, attrahens praeparata e Vitriolo, Ferro, Stanno etc.; in Cineribus calidis cineres ad ſe rapit iterumque repellit; ſi aequaliter caleſcit oppoſitum genus electricitatis acquirunt eius latera; ſi fricetur, ſemper trita pars fit poſitiva, oppoſita vero negatiua. Wilke electr. contr.* 50. *Aepin. ſerm. de vi electrica. Petrop.* 1758. *polus alter a calore poſitiuus, a refrigeratione negatiuus; et v. v. D. Bergman actis Holmenſ.* 1766. *p.* 57. *caeterum et Baſaltis ſpecies et Gemmae praecedentes electricae plerumque ſunt, licet minus, hic vero maxime.*

Granatus. *Granat.*

5. BORAX teſſellatus ſolidus politus ſcintillans.

Granatus. *Vog. min.* 144. *Baum. min.* 1. *p.* 238.

Granatus crocis martis et iouis mixtus. *Anon. min.* 70, 69.

Gemma plus minus pellucida, duritie octaua, colore obſcure rubro, in igne permanente. *Wall. min.* 117.

Stannum cryſtallis teſſellatis rubicundis. *Syſt. nat.* 181. *n.* 3.

Stannum polyedrum regulare ſubrubrum. *Wolt. min.* 32.

Stannum polyedrum regulare purpuraſcens. *Gron. ſupp.* 10. *n.* 42, 43.

α. 10-

Baſaltren et Granatum eſſe decompoſita et ad Metallicas mineras pertinere nulli non conſtat; ſed quodnam Vitriolum ea formauit, nondum euidens eſt, cum neque ♂, ZZ aut 4 ſufficiat.

α. 10-*edros* e Trigonis 6, Tetragonis 2. (FIG. 36.)
β. ——— e Trigonis 4, Hexaëdris 6, linearibus. (FIG. 37.)
γ. 12-*edros* e Pentagonis 12. *Amoen. acad.* I. *p.* 482. *t.* 16. *f.* 25. (FIG. 11.)
δ. ——— e Rhombis 6, Rhombis 6. *Amoen. acad.* I. *p.* 482. *t.* 16. *f.* 26. (FIG. 26.)
ε. ——— e Tetragonis 2, Rhombis 2. Hexagonis 4, Rectangulis 2, Trapetziis 2. (FIG. 38.)
ζ. 18-*edros* ex Hexagonis 6, Rhombis 12. (FIG. 32.)
η. ——— ex Rhombis 6, Trigonis 12. *Figura Nitri mont. subacaulis.* (FIG. 2.)
ϑ. 24-*edros* e Rhombis 24, *Amoen. acad.* I. *p.* 482.
ι. 36-*edros* e Rhombis 12, Hexagonis 24. (FIG. 28.)

Habitat in Petris et Fodinis Sueciae *frequens, semper sporadicus s. immersus, nec adnatus lateribus.*
Color *purpureus, ruber, incarnatus, ater; raro flauus, virescens, viridis; pretiosus dicitur* Granatus orientalis. Differt *a Balsate, quod scintillet.*

Margodes. 6. BORAX tessellatus argillaceus opacus.
Habitat in Swappauari *Lapponiae, e Museo-lapideo Vpsalienſi.*
Hic *simillimus praecedenti quoad formam, sed ex argilla indurata, cinerea, opaca.*

16. MVRIA. *Sal* Marinum, medium.
⊖ *Cryſtallus* hexaëdra ſ. cubica. *Fig.* 19.
Sapor acutus.
Igne crepitans.

* *Nudae.*

marina. *Kjoeksſalt.* 1. MVRIA nuda marina. *Syſt. nat.* 164. *n.* 1. *Wall. min.* 169.
Muria marina. *Wall. min.* 179.
Sal marinum. *Anon. min.* 130.
Sal commune nudum aquae marinae. *Wolt. min.* 23.
β. Muria lacuſtris. *Carth. min.* 37.
Habitat in Oceano *omni, copioſius quo profundius in calidis regionibus; cryſtalliſatur igne, ſole, gelu.*
Vſus *culinaris.*

fontana. *Lüneburgerſalt.* 2. MVRIA nuda fontana. *Syſt. nat.* 164. *n.* 2. *Wall. min.* 171. *Schreb. lith.* 42.
Sal fontanum. *Anon. min.* 131.
Sal commune nudum aquae fontanae. *Wolt. min.* 23.
Muria fontana. *Wall. min.* 180.
Habitat Halae, Luneburgi. etc. *in* Wermelandia, Lidcopiae, Gothoburgi, *It. wgoth.* 157. *parce in Suecia.*
Vſus *praecedentis.*

montana. *Bergſalt.* 3. MVRIA nuda foſſilis. *Syſt. nat.* 164.
Muria foſſilis pura. *Wall. min.* 168.
Muria foſſilis lapide mineraliſata. *Wall. min.* 169.
Sal montanum. *Anon. min.* 129.
Sal commune nudum ſolidum foſſile. *Wolt. min.* 23.
Sal gemmae. *Dal. pharm.* 30. *Geſt. figur.* 34. *b.*
β. Muria nuda ſtalactilicoſa perforata. *Muſ. Teſſ.* 36. *n.* 4.
Habitat in Polonia minore, Hungaria.
Hoc *ſolidum et cryſtalliſatum eruitur.*
Vſus *oeconomicus, praeprimis pro pecoribus.*

thermalis. 4. MVRIA nuda thermalis.
Habitat in Thermis Aponi etc. *D. Vandelli.*

* * *Lapidoſae.*

testarum. 5. MVRIA lapidoſa ſpatoſa aggregata ſparſa efferueſcens.
Habitat in Mari intra Conchas lapideſcentes.
Cryſtalli *vel cubicae vel parum rhombeae, flaueſcentes.*

phoſpho-rea. 6. MVRIA lapidoſa ſpatoſa aggregata lenticularis centricoſo-fiſſilis ſubefferueſcens.
Stannum ſpati. *Syſt. nat.* 182. *n.* 4. *Muſ. Teſſ.* 66. *n.* 4.
Marmor metallicum. *Act. Stockh.* 1753. *Anon. min.* 18. *n.* 2. *et* 19. *n.* 2.
Gypſum irregulare lamelloſum, calcinatum in tenebris lucens. *Wall. min* 50.
Lapis bononienſis. *Dal. pharm.* 48. *Worm. muſ.* 46. *Vogel. min.* 161.
Lapis illuminabilis. *Aldr. muſ.* 688.
Calcareus ſubdiaphanus, fragmentis tunicatis. *Carth. min.* 23.
Phoſphorus ſ. Petra lucida bononienſis. *Bocc. nat.* 224.
Lithoſphorum ſ. Phoſphorus natiuus. *Baum. min.* 1. *p.* 204.
Habitat in China, Bononiae, Paderno, Rocharià, *praeprimis cum Gypſo.*
Haec *ſubrotunda ſ. lenticularis, magnitudine pomi, ponderoſiſſima* (4500). *ſubdiaphana, caeruleſcenti-alba. horizontaliter ſiſſilis fibris e centro exeuntibus, non ſcintillans, ſubefferueſcens at non ſolubilis, extus tecta cryſtallis cubicis. Ob figuram totius et pondus diſtincta ſpecies a ſequenti.*
Vſus *Phoſphorus bononienſis inde praeparatur methodo propoſita in Act. Bonon.* 1. *p.* 186. *Worm. muſ* 46. *Vogel.* 163 *Vaſorum Porcellaneorum chinenſium ingredi compoſitionem fertur.*

Chryſo-lampis. 7. MVRIA lapidoſa ſubquartzoſa aggregata ſparſa fixa.
Muria lapidea phoſphorans. *Syſt. nat.* 164. *n.* 5. *Muſ. Teſſ.* 36. *n.* 6.
Lyſ-ſpat. Spatum lucens. Rinm. *Act. Stockh.* 1747. *n.* 168.
Spatum ſolidum, plus minus pellucidum, particulis non diſtinguibilibus. *Wall. min.* 60.
Fluor ſpatoſus. *Anon. min.* 99. *Baum. min.* 1. *p.* 244, 262.

Muria ſaepe phoſphorea, vt eius praeparata et Cryſtalli lapideae.

Fluor cryſtallinus. *Anon. min.* 100, 98
α. *purpurea. Amoen. acad.* I. *p.* 480. *n.* 25
β. *viridis. Amoen. acad.* I. *p.* 480. *n.* 26.
Habitat in Germania: Hungaria; *in* Suecia: Garpenberg, Norberg.
Haec *quocunque colore calefacta phoſphorat; vbi vero cryſtallus repleuerit cauitates, obliterat figuras, vt difficile dignoſcatur. Similis Quartzo, ſed neque feruefcit, neque ſcintillat; color ſaepius vireſcens. Caret particulis ſpati ſ. rhombeis, licet ſaepius fiſſilis particulis planis nitidis, textura Quartzi.*

lucida. 8. MVRIA lapidoſa ſpatoſa aggregata ſparſa fixa.
α. *hyalina.*
β. *alba. Amoen. acad.* I. *p.* 480. *n.* 23.
γ. *ſtaua. Amoen. acad.* I. *p.* 480. *n.* 24. *t.* 16. *f.* 22.
Habitat in fodinis Germaniae.
Haec *differt a M. Chryſolampade ſolum particulis ſpatoſis.*

rhombea. 9. MVRIA lapidoſa ſpatoſa ſolitario-rhombea fixa. *Syſt. nat.* 164. *n.* 4. *t.* 8. *f.* 13. *Amoen. acad.* I. *p.* 481. *t.* 16. *f.* 21. *Schreb. lith.* 44. *Muſ. Teſſ.* 36. *n.* 7. (FIG. 22.)
Spatum cryſtallifatum cryſtallis rhomboidalibus. *Carth. min.* 13.
Habitat in Germania.

17. ALV-

16. ALVMEN. ☉ *Sal* Humoſum, acidum (absque metallo.)
Cryſtallus teſſera octaëdra e planis trigonis. *Fig.* 23.
Sapor auſterus,
Igne ſpumans.

* *Nuda.*

natiuum. 1. ALVMEN nudum. *Syſt. nat.* 165. *n.* 1.
Alun. Alumen natiuum. *Wall. min.* 171.
Alumen natiuum plumoſum. *Wolt. min.* 21. *Wall. min.* 162.
Alumen nudum purum. *Carth. min.* 41.
Acidum vitrioli argilla ſaturatum. *Anon. min.* 124. *n.* 2.
α. plumoſum.
β. cryſtallinum.
γ. ſolidum.
Habitat in Lapponiae Lulenſis Sagatoierui, *e rupe Schiſti cinerei efflorescens, in Schiſto Hunnebergenſi. It. weſtgoth.* 212.

* * *Solubilia.*

commune. 2. ALVMEN Schiſti. *Syſt. nat.* 165. *n.* 2.
Alumen fiſſile inhaerens. *Carth. min.* 41.
Alun ſchiſter. Alumen bituminoſum lapideum. *Wolt. min.* 21.
Alumen lapide fiſſili mineraliſatum. *Wall. min.* 173.
Argilla martialis et phlogiſtica acido vitrioli imbuta. *Anon. min.* 124. *n. C.*
Schiſtus aluminoſus. *Wolt. min.* 152.
Habitat paſſim in Schiſto communi. *It. oel.* 78. *ſcan.* 120, 128.
Natum *ex Terra humoſa; Schiſtus enim oritur ex Humo paludoſa, quae acido martiali et phlogiſtico plerumque ſcatet (ſaepe non ſine Argilla immixta); conſtat hoc, quum detur in Haſſia, Bohemia, Anglia Lignum foſſile, ex quo Alumen copioſe extrabitur.*
Vſus. *Alumen ex eo coquitur. It. wgoth.* 68.

Cryſtalli Aluminis octaëdri, apicibus omnibus ſaepe truncatis. *It. wgoth.* 68.
Genere differt Alumen a Vitriolo vti Marmor a Gypſo, ſolo defectu Metallici, alias nimis affine; hinc coquatur Alumen in aheno plumbeo, nec ferri; ne ſoluat ferrum et euadat vitriolum. Extrahitur etiam e Pyrita cryſtallino, poſtquam Sulphure et Vitriolo caſtratus fuit.

romanum. 3. ALVMEN Marmoris. *Syſt. nat.* 165. *n.* 3.
Rom r ſk Alun. Alumen lapide calcario mineraliſatum. *Wall. min.* 174
Argilla pura acido vitrioli imbuta ſ. Minera aluminis alba. *Anon. min.* 124. *B.*
Habitat Lumini prope Ciuittam Vecchiam Italiae *in Marmore*
Vſus. *Alumen rufeſcens inde extrahitur; minera non vſtulata, ſed ſole et aqua ſoluta; caret ferro, terra tamen rubra.*

* * * *Lapidoſa.*

quartzoſum. 4. ALVMEN lapidoſum quartzoſum extus nigrum.
Habitat in Fodinis; *e muſeo D. Tidſtroem.*
Cryſtallus *haec interdum angulis lateralibus planis.*

ſpatoſum. 5. ALVMEN lapidoſum calcario-ſpatoſum diaphanum ratile. *Syſt. nat.* 165. *n.* 5.
Pſeudo-Amethyſtus, Pſeudo-Smaragdus. *Vog. min.* 164.
Cryſtallus aluminiformis ſpatoſa imbricata obtuſa. *Amoen. acad.* 1. *p.* 481.
Habitat in Germania.
Hoc *Cryſtallis vario colore, ſubdiaphanis, efferueſcentibus, confertim imbricatis ſ. ſuperimpoſitis, vt in Cryſtallis Aluminis praeparatis, obtuſius angulatis, magnitudine Piſi*
Variat *colore viridi, caeruleo, flauo.*

Gemma preciosa. 6. ALVMEN lapidoſum pellucidiſſimum ſolidiſſimum. *Syſt. nat.* 165. *n.* 6. *Muſ. Teſſ.* 38. *n.* 3.
Aedelſten.
Adamas. *α. hyalinum.*
Adamas gemma. *Anon. min.* 42. *Iuſt. min.* 376. *Baum. min. p.* 225. Demant.
Adamas. *Vog. min* 137.
Gemma pellucidiſſima, duritie ſumma, colore aqueo, igne perſiſtens, octaëdra turbinata. *Wall. min.* 110.

Rubinus. *β. rubrum, maius* Carbunculus *ſaepe dicitur.*
Adamas ruber. *Anon. min.* 43.
Gemma pellucidiſſima, duritie ſecunda, colore rubro in igne petmanente. *Wall. min.* 111.
Rubinus *Iuſt. min.* 377. *Vog. min.* 143. *Baum. min.* 1. *p.* 229.

γ. cae-

Sapphirus. γ. *caeruleum.*

Saphirus gemma. *Anon. min.* 44. *Iust. min.* 378. *Baum. min.* I. *p.* 230.

Sapphirus. *Vog. min.* 146.

Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cyaneo igne fugaci. *Wall. min.* 112.

Habitat in vtraque India, *in Argillae stratis, inter rimas rupium, sporadicum, nec adnatum.*

Hoc α *in igne refractorium, a frictione electrisans, limam respuens, Figura aluminari octaëdra, cortice spatacco colore et consistentia, cuius centena, vidi apud Iob. Clifford, rudia nec polita.*

β *in igne refractorium et colorem retinens, limam respuens; figura itidem aluminari, sed etiam superficie pellucidissimum.*

γ *in igne amittit colorem; limam respuit; figuram crudi non vidi.*

Vsus. *Gemmae pretiosissimae, aeui sumtuosae luxuriae ex duritie, pellucidítate, colore, magnitudine, pondere aestimandae; quibus in arctum coacta rerum maiestas secundum Plinium; sic in his relucet naturae perfectio, vt morum adulatio in homine, qui itaque vult decipi, decipiatur. Stultitiam patiuntur opes.*

Gemmae pretiosae 1. *Adamas!* 2. *Rubinus,* 3. *Sapphirus.*
Gemmae nobiles 4. *Topazius,* 5. Smaragdus, 6. Amethystus. 7. *Granatus,* 8. *Hyacinthus,* 9. *Beryllus,* 10. *Chrysolitus.*
Numerati secundum duritiem, at 1, 2, 3. limam respuunt.
Gemmae speciosae 11. *Opalus!* 12. *Sardus,* 13. *Onyx,* 14. *Calcedonius,* 15. *Carneolus,* 16. *Achates,* 17. *Turcois,* 18. *Malachites,* 19. *Armenius.* 20. Lazulus?

Colores, cum pellucidae e sedimento aqueo crystallisatae, a metallo vero tinctae.

Rubinus *ruber*	♂	Beryllus *cyaneus*	♂ ♀.
Amethystus *violaceus*	♂	Topazius *flauus*	♂ ♄.
Sapphirus *caeruleus,*	♀	Hyacinthus *fuluus*	♂ ♄.
Smaragdus *viridis*	♀	Granatus *purpureus*	♂ ♃.

Figura a sale in generatione formante; vnde Genera constent; sed cum rarius occurrant gemmae natiuae et rudes, plures harum ad genera certiora referre non licuit; vide Boracem.

18. VITRIOLVM. *Sal* Metallicum, acidum humosum. ♁

Crystallus tessera poliedro-rhombea: varia.

Sapor stipticus.

Igne calcinabile. –

* *Simplicia.*

martis. 1. VITRIOLVM ferri viride hexaëdrum. *Syst nat.* 166. *n.* 1.

Loepparroek. Vitriolum martis simplex. *Anon. min.* 122. *n.* 1.

Vitriolum natiuum viride martiale. *Wolt. min.* 21.

Vitriolum ferri viride natiuum. *Wall. min* 166.

Habitat passim in ferri pyriticosi Fodinis *et* Acidulis; *in* Argilla *subpaludosa. Extrahitur e Pyrita.*

Crystallus *cubico-rhombea.*

Solutioni *affuso austero nigrum, alcali virescens euadit. C.*

Vsus. *Stipticum Medicis: cum stipticis colorem nigrum induit, hinc tinctoribus inde atramentum.*

cyprinum. 2. VITRIOLVM cupri caeruleum dodecaëdron. *Syst. nat.* 166. *n.* 2. (FIG. 38.)

Blåsten. Vitriolum natiuum viride cupro impraegnatum. *Wolt. min.* 21.

Vitriolum veneris f. cyprinum. *Amoen. acad.* I. *t.* 12. *f.* 24. *Anon. min.* 122 *n.* 2.

Vitriolum cupri caeruleum natiuum. *Wall. min.* 165.

Habitat in Irlandia, Cypro.

Crystallus *rhombea, compressa, dodecaëdra.*

- - gosslarienſis vitrioli *figura rhombea spati, hexaëdra.*

Solutioni *affuso austero lutescens, alcali caeruleum euadit. C.*

Vsus. *Corrosiuus, Chirurgis caustícus.*

album. 3. VITRIOLVM Zinci album dodecaëdrum prismaticum. *Syst. nat.* 166. *n.* 4. (FIG. 9.)

Hwit-vitriol. Vitriolum Zinci. *Brandt. act. Vps.* 1735. *Wall. min.* 167. *Anon. min.* 122. *n.* 3.

Vitriolum natiuum album Zinco impraegnatum. *Wolt. min.* 21.

β. Vi-

β. Vitriolum idrenſe. *Scop. hydr.* 68. *ex figura cryſtallina.*

Habitat in Rammelsberg *e Zinco ſterilo; in pariete domus, vbi argentum depuratur* Sahlbergae; β. *in* Hydrargyri *fodinis.*

Cryſtallus 12-*edra, columnaris: Priſma oblongum e Planis* 4, *quadrangulis: alternis anguſtis. Pyramis vtraque contraria e Planis* 4 *triangulis: alternis apice truncatis.*

Solutioni *affuſo auſtero nigricans, Alcali lacteum euadit.*

Vſus *Medicus ophthalmicus; etc. Cicutae virus nihil certius exturbat e ventriculo, quam doſis huius, mellito et copioſo potui iuncta. Scopol. Hydr.* 108.

* * *Compoſita.*

hermaphroditum. 4. VITRIOLVM ferreo-cupreum cyaneum.
Vitriolum mixtum cupreo-ferreum. *Wall. min.* 168. *n.* 1.
Vitriolum et ferrum et cuprum continens. *Anon. min.* 123. *n.* 1.
Habitat Sahlsburgi.
Color *caeruleo-virens.*

triplum. 5. VITRIOLVM ferreo-Zinco-cupreum cyaneum.
Vitriolum mixtum cupreo-ferreo-zinceum. *Wall. min.* 168. *n.* 2.
Vitriolum et ferrum et zincum et cuprum continens, *Anon. min.* 123. *n.* 2.
Habitat Fahlunae.
Color *praecedentis, ſed ſaturatior figura cubica.*

Ferratum. 6. VITRIOLVM Zinceo-ferreum viride. *Anon. min.* 123. *n.* 3.
Habitat Goſſlariae.
Color *viridis.*

Cupratum. 7. VITRIOLIVM Zinceo-cupreum caeruleum. *Anon. min.* 123. *n.* 4.
Habitat Goſſlariae.
Color *caeruleus.*

Vitriola lapidoſa ſunt rariſſima, cum pleraque euadant Pyriticoſa aut Arſenicalia.

atramentarium. *Atramentſten.*

8. VITRIOLVM mineraliſatum lapide friabili.

Vitriolum lapide immixtum. *Carth. min.* 45.

Vitriolum rude minerali alio mixtum. *Wolt. min.* 49.

Lapis atramentarius. *Wall. min.* 170. *Baum. min.* 2. *p.* 85.

α. *Chacitis* rubrum.

β. *Sory* cinereum.

γ. *Melanteria* nigrum.

δ. *Miſy* flauum.

Habitat in Rammelsberg *cum Vitriolo albo.*

Hoc *mixtum variis, imprimis Zinco.*

Natum *e Vitriolo natiuo ſ. Pyrita eroſo. Wolt. min.* 49. *n.* 24.

* * * *Lapidoſa.*

tetraëdrum.

9. VITRIOLVM lapidoſum zinci hyalinum ſpatoſum.

Habitat in Germania.

Cryſtalli *palmares, hyalinae, ſpatoſae, parallelae, approximatae, craſſitie digiti, tetraëdrae, extus oblique tranſuerſim exaratae. Figura* (*non articulis*) *referunt figuram da Coſtae foſſ.* 260, *quamuis diverſiſſimae.*

II. SVLPHVRA.

19. AMBRA. *Sulphur* iners.
Fumus odore ambrosiaco.
colore cinereo.

ambrosiaca. 1. AMBRA grisea. *Rumph. mus.* 262. *t.* 53, 54.

grisea. α. Electrum opacum tenax. *Syst. nat.* 167. *n.* 1.

Ambra colore griseo, optima. *Wolt. min.* 25.

Ambra grisea. *Anon. min.* 145. *Pharm. wurt.* 13.

Ambra variegata. *Wall. min.* 204.

Bitumen solidum molle opacum suaueolens. *Carth. min.* 49.

Habitat in Mari, praesertim Madagascarienſi *et* Indiae orientalis, Aethiopici.

Haec *ex massa cerea s. tenaciuscula, opaca, natante, fumo ambrosiaco, condefactae aciculae non adhaerens.*

Natam *alii iudicant ex Animali regno: Cetorum productio; alii e fonte submarino Bitumine s. Naphta foeto, vide Dal. pharm.* 414.

Vsus *pretiosissima* ℥ß *venditur* 5 *ducatis. Odoramenta; Analeptica, aphrodisiaca, a Contagiis praeseruans.*

vulgatior. 2. AMBRA vnicolor fusco-nigricans.

Ambra vnicolor albescens, citrina, fusca s. nigra. *Wall. min.* 205.

Ambra colore vario. *Wolt. min.* 25.

Habitat etiam in Mari.

Haec *affinis praecedenti, sed odore longe inferior; vtrum vero praecedentis varietas, vel distincta species, quondam dabit eius genesis.*

20. SVC-

20 SVCCINVM. *Sulphur* iners.
Fumus odore suaui.
Colore fusco.

electricum. *Bernsten.*

1. SVCCINVM.

Electrum diaphanum solidum. *Syst. nat.* 167. *n.* 2.

Bitumen solidum durum nitidum suaueolens. *Carth. min.* 48.

Succinum pellucidum aut opacum. *Wall. min.* 200, 201.

Succinum. *Anon. min.* 146.

α. *diaphanum.* α. *album.*
β. *opacum.* β. *luteum*: flauum aut fuluum.
γ. Insectiferum incluso insecto; naturaliter.

Habitat in Mari praesertim Balthico, vnde reiectum ad littora in Borussia, *vbi etiam fossile effoditur; in Scania, inprimis* Scanoer, *It. scan.* 231. *in* Gallia, Sibiria.

Hoc *in frustulis tritu electricis, fragmentis concauis conuexisque.*

Hatum *e Pice (forte etiam e Bitumine) diu in salso mari indurata; hinc interdum insectis scatet, It. scan.* 126.

Vsus *pro Odoramentis, arte factis, Medicis. Electrica vis primum ex eo innotuit.*

21. BI-

21. BITVMEN. *Sulphur* iners.
Fumus Odore triſti.
Colore nigro.

Naphta. 1. BITVMEN fluidum albicans. *Syſt. nat.* 168. *n.* 1.
Bitumen fluidum leuiſſimum. *Wall. min.* 192. *Carth. min.* 47.
Oleum montanum ignem attrahens. *Wolt. min.* 24.
Naphta albicans. *Kaempf. amoen.* 273.
Naphta. *Pſiland. Act. pariſ.* 1736. *Anon. min.* 147. *n.* 1.
β. hyalinum.
Habitat in Perſiae *puteis et* Mediae *peninſulae Okera*: β. *in* Italiae *Zibio monte. D. Vandelli.*
Haec *fragrans, ignem attrahens, ſuper aquam ſe diffundens.*
altera β. *hyalina, fluida vt aqua, inodora, nec ignem facile concipiens.*
Arioſti Franc. Oleum montis Zibini. *Mutin.* 1698. *duod.*
Bouillet N. Memoire ſur l'huile de Petreole Gabian. *Beliers* 1752. 4*to.*
Hoeffel I. T. Hiſtoria Balſami min. Alſatici. *Argentor.* 1734. 4*to.*

Petroleum. 2. BITVMEN liquidiuſculum fuſco-rufeſcens. *Syſt. nat.* 168. *n.* 2.
Bergolja. Bitumen fluidum craſſius obſcurum brunneum. *Wall. min.* 194.
Bitumen fluidum ſpiſſiuſculum. *Carth. min.* 47.
Oleum montanum luteum ſ. badium. *Wolt. min.* 24.
Petroleum. *Anon. min.* 148.
Habitat in Italia, Dalekarliae *Granäen e Marmore rudi cinereo rufoque variegato, quod fractum exſudat oleum rufeſcens, mox nigricans; vel ex Aetite marmoreo in Oſmundsberget, vel e Schiſto montis Moeſſeberg. It. wgoth.* 88. *vel ad mineras ferri paſſim.*
Hoc *exſudans liquidum, purpuraſcens, mox lenteſcens picis liquidae inſtar et nigrum euadens.*

3. BI-

Vulcani ſ. Montes igniuomi in Schiſto accenſo conſiſtunt, qui ſaepe Bitumine, Ferro, et Pyrita grauidi accenduntur ab affluente aqua.

Maltha. *Iuden-Beck.*

3. BITVMEN tenax nigrum. *Syſt. nat.* 168. *n.* 3.
Bitumen ſegne craſſum nigrum. *Wall. min.* 195.
Petroleum tenax. *Anon. min.* 149.
Oleum montanum liquido-tenax. *Wolt. min.* 24.
Habitat ad Mare mortuum, *exſtillans e Bitumine ſuillo. Lacus magnus* Chinae. *Fodina* Dannemorenſis *iuxta Natrum hyodon.*

Mumia.

4. BITVMEN ſubfriabile piceum.
Mumia mineralis. *Haſſ. it.* 537.
Mumia natiua perſica. *Kaempf. amoen.* 516. *Pharm. wurt.* 119.
Seuum minerale. *Act. ſtockh. v.* 5. *art.* 1, 2. *Vogel. min.* 343.
Habitat in Perſiae *cauerna Caucaſi montis, ex fodina 2 orgias profunda, ab imperantibus clauſa et mirifice cuſtodita: vide Kaempf. Haſſelq.*
Hoc *ſimile Bit. Aſphalto, pretioſiſſimum, colore picis ſutoriae ſeu ex rufeſcenti-atrum ſ. piceum, in igne fumans, odore non ſingulari, ſaporis fatuo-dulceſcentis, fragmentis quadratis.*
Natum *creditur e Naphta indurata.*
Vſus *ſumme vulnerarius. Eo Reges Aegypti balſamo conditi.*

Aſphaltum. *Berg-Bek.*

5. BITVMEN friabile atrum. *Syſt. nat.* 168. *n.* 4. *A.*
Bitumen ſolidum fragile glabrum nitidum nigrum. *Carth. min.* 48.
Bitumen ſolidum coagulatum. *Wall. min.* 195.
Pix montana dura fragilis nitida. *Wolt. min.* 25.
Petroleum induratum. *Anon. min.* 150.
Habitat in Friberget *parocciae Gryta; in* Oelandia *inter Schiſti lamellas, diuiſum in fauos a ſelenita; in Fodina* Dannemorenſi, Norbergenſi *etc. plerumque cum Amianto Subere et Natro ſuillo.*
Hoc *fere idem cum B. Petroleo, mora ſolidum factum.*

Ampelites.

6. BITVMEN Humi Turfae. *Syſt. nat.* 168. *n.* 5.
Muſ. Teſſ. 40. *n.* 1. *Schreb. lith.* 49.
Bitumen terra mineraliſatum. *Wall. min.* 197.
Bitumen ſolidum terreſtre friabile. *Carth. min.* 48.
Pix montana rudis ceſpitibus intertextis. *Wolt. min.* 25.

Habi-

Habitat in Heluetia, *paſſimque per* Europam.
Hoc *differt tantum gradu ab Humo Turfa, quod compactius, ſolidius magisque reſinoſum, ceterum idem.*
Vſus *pro Lithantrace; Turfa, ſ. ceſpitibus.*

Lithantrax. *Stenkol.* 7. BITVMEN Schiſtoſum. *Syſt. nat.* 168. *n.* 6. *Muſ. Teſſ.* 42. *n.* 3.
Bitumen lapide fiſſili mineraliſatum. *Wall. min.* 198.
Pix montana dura rudis fragilis. *Wolt. min.* 25.
Phlogiſton argilla mixtum. *Anon. min.* 158.
Lithanrrax. *Triew. act. ſtockh.* 1740. *etc.*
Habitat in Gallia, Anglia, Germania, Scania, China, *e ſtratis montium Schiſti communis.*
Vſus *pro foco, optimum quod non foetet.*
Brenling S. P. Sylua ſubterranea. *Hall.* 1693. *duod.*
Tilly Exploration du Carbon. *Paris* 1758.

Gagas. 8. BITVMEN ſolidum purum natans.
Bitumen duriſſimum lapideum purum. *Wall. min.* 199.
Pix montana dura compacta polituram admittens. *Wolt. min.* 25.
Gagas. *Vog. min.* 327. *Baum. min.* 1. *p.* 34.
Habitat in Angiia, Gallia; Wurtembergae
Hoc *vix differt a praecedenti, niſi quod leuiſſimum natet in aqua, quodque compactum absque rimis tornari queat in vaſcula polita.*
Vſus *pro globulis veſtis, monilibus, capſulis.*

Suillum. *Orſten.* 9. BITVMEN marmoreum foetidum. *Syſt. nat.* 168. *n.* 7. *Muſ. Teſſ.* 42. *n.* 4.
Schiſtus fuſco-cinereus Lapis Suillus dictus. *Coſt. foſſ.* 172.
Schiſtus fuſcus fragilis, Lapis felinus qui ferro attritus vrinam felium redolet. *Gron. ſupp.* 10. *n.* 7, 8.
Terra calcaria phlogiſto ſimplice mixta. *Anon. min.* 23.
Lapis ſuillus. *Vog. min.* 107.
Spatum opacum frictione foetidum. *Wall. min.* 63.
α. *compactum.*
β. *granulatum.*
γ. *ſquamoſum.*
δ. *ſpatiforme.*
ε. *cryſtallinum. It. wgoth.* 21.

Habi-

Habitat in Kinnekulle Wgothiae, Naes Iemtiae, Wredstorp Nericiae, Raetwik Dalekarliae etc.

Hoc *foetet rasum s. contusum; Album non foetet, crystallisatum semper particulis spatosis.*

Vsus *pro calce coquenda.*

hepaticum. 10. BITVMEM gypseum foetidum amorphum.

Lefwerſten. Terra calcarea phlogisto et acido vitrioli mixta. *Anon. min.* 24.

Habitat in Kungsberg.

Hoc *differt a praecedenti, quod aqua forti non effervescat, nec pro Calce inseruat.*

22. PY-

22. PYRITES. *Sulphur* vitriolo infectum.
♆. *Fumus Odore* acuto acido.
Sapore salso.
Colore luteo. *Flamma* caerulea.
Solubile in oleo.

natiuus. 1. PYRITES nudus diaphanus. *Syst. nat.* 169. *n.* 1.
Svafvel. Sulphur natiuum. *Anon. min.* 151.
Sulphur natiuum purum flauum. *Wall. min.* 205.
Sulphur natiuum et viuum. *Dal. pharm.* 25.
α. clarus in Gypso, Spato albo.
β. puluereus. Sulphur thermarum crystallinum. *Vandel. therm.* 97.
γ. impurus. Sulphur nudum luteum igniuomorum montium. *Wolt. min.* 25. *Mus. Teff.* 42. *n.* 3.
δ. crystallinus octaëdrus *aluminiformis pyramidibus transuerse abbreuiatis.*
Habitat α in Sibiria, Heluetia. *β in* Italia. *γ in Italiae* Solfatara, Islandia.

Auripigmentum *Operiment.* 2. PYRITES nudus flauus micis auratis. ♆, ☌. *Syst. nat.* 169. *n.* 2.
Arsenicum Sulphure, lapide spatoso et micaceo mineralisatum, minera flauescente. *Wall. min.* 226.
Arsenicum luteum lamellatum micaceum. *Wolt. min.* 28.
Calx arsenici sulphure mixta, flaua. *Anon. min.* 241. *α.*
Habitat in Hungaria, Oriente.
Hic *medius inter Pyritam et Arsenicum, ex vtrisque mixtus.*
Vsus: *Pictoribus. Rusma Orientalium. Liquor vini probatorius. Atramentum Sympatheticum.*

crystallinus. 3. PYRITES mineralisatus crystallisatus. *Syst. nat.* 169. *n.* 3.
Kies-crystall. Sulphur ferro mineralisatum forma crystallina. *Wall. min.* 211.

Sul-

Pyrites mihi idem cum Sulphure Authorum vulgo audit, cum Sulphuris vocabulo vtar pro nomenclatura Ordinis, adeoque loco nominis generis assumsi nomen Pyritae, siue ferro scateat, siue eo destituatur.

Sulphur ferro saturatum crystallisatum. *Anon. min.* 154. *n.* 4.

Sulphur ferro mixtum crystallinum ponderosum dilute flauum. *Carth. min.* 51.

α. *Tetraëdrus* ex Triangulis solis.
idem angulis omnibus planis hexagonis. (FIG. 37.)

β. *Hexaëdrus* ex Quadrangulis cubicus *saepe in Calce.* - - - (FIG. 19.)
Gesn. figur. 13. *f.* 2. *Mus. Tess.* 42. *n.* 4.

δ. *Octaëdrus* ex Trigonis *in Talco, non in Calce.* - - - (FIG. 23.)

ε. *Decaëdrus* ex Tetragonis 2, Linearibus 8.
Mus. Tess. 44. *n.* 6. *t.* 2 *f.* 2.

ζ. —— —— ex Trigonis 4, Linearibus 6. (FIG. 37.)
Mus. Tess. 44. *n.* 7.

η. *Dodecaëdrus* ex Pentagonis 2, Trapetziis 10. (FIG. 29.)
Mus. Tess. t. 2. *f.* 3.

ϑ. —— —— ex Quinquangulis 12 aequalib. (FIG. 30.)

ι. *Tesseradecaëdr.* ex Tetragonis 6, Trigonis 8. (FIG. 21.)

κ. *Octdecaëdrus* ex Tetragonis 6, Hexagonis 12 linearibus. - - - (FIG. 35.)

λ. —— —— ex Tetragonis 6, Hexagonis 12 *similis* Cobalti. - - (FIG. 35.)

Habitat passim in Fodinis, *vbi* β *vulgatissimus, qui Sahlbergae etiam in* Marmore *frequens.*

Mineralisatus *omnis Pyrites in prima generatione crystallinus fuit, licet repleta cauitate crystallos obliterauit, vt amplius non adpareant, et distincte ideo tradatur.*

figuratus. 4. PYRITES mineralisatus aggregatus figuratus.
Sulphur mineralisatum minera globosa. *Wall. min.* 208.

α. *Globosus* ex ☿, ○○.

β. *Hemisphaericus* ex ♂, ☿, ○○ e particulis cubicis s. 12 edris. *Mus. Tess.* 46. *n.* 11.

γ. *Fistulosus* vti osteocolla.
Iust. min. 227.

δ. *Laminosus* s. Cellulosus e laminis erectis intertextis. *Mus. Tess.* 237.

Habitat in Germaniae *fodinis frequentius.*

Crystallus *saepe extus nodulosus e fibris concentratis.*

5. PY-

Ferri. 5. PYRITES mineralisatus amorphus scintillans. *Syst. nat.* 169. *n.* 4.
Pyrites ferro mixtum informe ponderosum dilute flavum superficie planiuscula. *Carth. min* 51.
Sulphur ferro mineralisatum minera diffformi pallide flaua nitente. *Wall. min.* 207.
Sulphur marte saturatum. *Anon. min.* 152.
Ferrum pallide luteum splendens polymorphum. *Wolt. min.* 31.
α. Textura aequali.
β. Textura chalybea.
γ. Textura granulata.
Habitat passim in Fodinis, *frequens.*
Hic *colore pallide flauo et quod ad chalybem scintillet a metallicolis distinguitur a sequenti, licet haec nota aliquando exceptionem admittat.*
Vsus. *Sulphur officin. ex hoc frequentius extrahitur.*

Cupri. 6. PYRITES mineralisatus amorphus non scintillans. ♂, ♀.
Pyrites ferreo-cupreus. *Syst. nat.* 169. *n.* 5, 6, 7.
α. *Micaceus.*
β. *Talcosus.* Skinnflag.
γ. *aerosus.* Sådflag.
δ. *fulvus.* gult.
ε. *flavus.* blekt. *Sw.* 198. δ.
ζ. *virescens.* groent.
η. *hepaticus.* Lefwerflag. *Sw.* 198. ε. e zinco cum ♀.
ϑ. *foraminosus.* maskstunget poris ochraceis, diues ♀.
ι. *compactus.* Stålhlmalm.
κ. *granulatus.* Fuss.
λ. *Spatiformis.* - - - particulis rhombicis.
μ. *Quartzosus.* Hårdmalm.
ν. *Cotaceus.*
Habitat in Fodinis cupreis Sueciae: *Fahlunae passimque.*
Hic *Matrice apyra s. argillacea* Segmalm.
Matrice vitrescente s. arenata Hårdmalm.
Matrice non manifesta Bloetmalm.
Chalybe vix scintillat, nisi matrice arenata, tumque ex Matrice, nec per se scintillat.

Mineralisatus Pyrites scatet maxima copia Ferri.

Vſus *pro Cupro extrahendo, vbi tanta copia Sulphuris, vt ferrum comburat immixtum, quemadmodum Fahlunae.*

aquoſus. 7. PYRITES mineraliſatus liuidus.

Pyrites colore rubeſcente. *Anon. min.* 152.

Sulphur ferro mineraliſatum, minera fuſca ſ. hepatica. *Wall. min.* 210.

Habitat in Fodinis, *praecedentibus minus communis.*

Hic *differt a reliquis quod non niteat, metallicolor, ſed opacus rufo-liuidus.*

23. ARSENICVM. *Sulphur* metallicum.
o o. *Fumus Odore* alliaceo.
Sapore dulci.
Colore albo.
Solubile in aqua calida et aliis liquoribus.

nudum. ARSENICVM nudum cryſtallinum purum. *Carth. min.* 57. †
Habitat in Ioachimsthal *Bohemiae.*
Cryſtalli *oblongae, polyëdrae, irregulares, vtrinque truncatae, e centro diuergentes.*

teſtaceum. 1. ARSENICVM nudum, fragmentis conuexis concauisque albidis. *Syſt. nat.* 170. *n.* 5.
Scherben Cobolt. Arſenicum natiuum, particulis impalpabilibus, teſtaceum. *Anon. min.* 239. *a.*
Arſenicum ferro mineraliſatum teſtaceum. *Wall. min.* 217.
Coboltum teſtaceum. *Vog. min.* 294. *Geſn. cadm.* 19. *n.* 29.
Scherbencobald. *Iuſt. min.* 180.
Habitat in fodinis Hungariae, Harcyniae, Saxoniae.
Hoc *frangitur laminis ſubrotundis conuexis extus, concauis intus more radicis Cepae.*

ſquamoſum. 2. ARSENICVM nudum, fragmentis micaceis. *Anon. min.* 239. *B.*
Habitat in Kungsberg.

poroſum. 3. ARSENICVM nudum, fragmentis poroſis nitentibus. *Anon. min.* 239. *C.*
Habitat in Bohemia.

Sandaraca. 4. ARSENICVM nudum rubrum. ♃. *Syſt. nat.* 170. *n.* 2.
Rauſchgelb. Arſenicum natiuum purum ſulphure mixtum rubrum. *Wall. min.* 224.

Arſenicum cum Aqua ſoluatur Salibus, cum det Regulum Metallis a quibusdam annumeratur.
Ego Arſenicum, quod ardeat, fumet, odorem ſpargat, metalla mineraliſet, et quod Pyritae ſit oppoſitum, Sulphuribus inſerui.
Regulus an geminus aut ſpurius?
Venenum exitioſum.

Arſenicum rubrum. *Wolt. min.* 28.
Calx arſenici ſulphure mixta rubra. *Anon. min.* 241. *β.*
Habitat in Rotendahl *Elfdaliae*, Hungaria, Saxonia, Turcia.
Hoc *admodum affine Pyritae Auripigmento, adeoque aequali iure militet ſub Pyritae aut Arſenici genere.*

ſulphuratum. *Wattenkes.*

5. ARSENICVM mineraliſatum cinereo-caeruleſcens micans. ♃, ♂. *Syſt. nat.* 170. *n.* 7.
Arſenicum ferro ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 243. *A.*
Arſenicum mineraliſatum informe, particulis planis albis nitidis. *Carth. min.* 58.
Habitat ad Löfåſen *Dalekarliae.*
Hoc *calcinatum eſt vera Sandaraca praecedentis.*

albicans. *Miſſpickel.*

6. ARSENICVM mineraliſatum, fragmentis planis nitidis. ♂. *Syſt nat.* 174.
Arſenicum ferro mineraliſatum, minera albeſcente teſſulis et planis micante. *Wall min.* 227.
Arſenicum metalliforme ferro mixtum. *Anon. min.* 243. *n.* 3.
Arſenicum albicans ſplendens. *Wolt. min.* 28.
Miſſpickel. *Iuſt. min.* 181.
Habitat Sahlae, Weſtia Silfberget.

cryſtallinum.

7. ARSENICVM mineraliſatum cryſtalliſatum octaëdrum nigricans. ♂. *Syſt. nat.* 170. *n.* 3.
Arſenicum ferro mineraliſatum, minera teſſulari liuido-nigra. *Wall. min.* 218.
Habitat in Germaniae *fodinis rarius.*
Cryſtalli *octaëdrae, colore fuſcae aut albae aut pallidae.*

cubicum.

8. ARSENICVM mineraliſatum cryſtalliſatum cubicum.
Habitat in Saxoniae *fodinis.*
Hoc *cubicum, figura Galenae, album, argenticolorum, extus colore fere plumbi.*

III. METALLA.

24. HYDRARGYRVM. ☿ *Metallum* fluidum ſiccum, album.
Igne ante candeſcentiam auolans.
Solutione ▽ albicans.

virgineum. 1. HYDRARGYRVM nudum fluidum. *Syſt. nat.* 171. *n.* 1.
Quickſilver. Hydrargyrum nudum natiuum. *Wolt. min.* 26.
Hydrargyrum natiuum. *Wall. min.* 218.
Argentum viuum in galena. *Act. Vpſ.* 1720. *p.* 3. *p.* 55.
Mercurius natiuus virgineus. *Anon. min.* 217.
Habitat in Hydria, Auſtria, Sahlbergae.
Vſus *Thermometris*, *Barometris*, *Speculis*, *Auratione.*

Cryſtallinum. 2. HYDRARGYRVM cryſtalliſatum cubicum.
Habitat in Zweybrücken.
Rarius, *diaphanum*, *purpureum*; *fere varietas ſequentis.*

Cinnabaris. 3. HYDRARGYRVM mineraliſatum pyriticoſum fibroſum. ☥. *Syſt. nat.* 171. *n.* 3.
Cinnober. Hydrargyrum ſulphure mineraliſatum. *Wall. min.* 219.
Hydrargyrum rubrum purpureum tinctorium. *Wolt. min.* 26.
Mercurius mineraliſatus ſtriatus ruber ſtriis longitudinalibus ſplendentibus. *Cartb. min.* 62.
Cinnabaris natiua. *Dal. pharm.* 35. *Pharm. wurt.* 10.
α. lamellatum. *Scop. hydr.* 26.
β. granulatum. *Scop. hydr.* 27.
γ. cryſtalliſatum. *Scop. hydr.* 28.
Habitat in Hydria, Hungaria, Zweybrücken, America, Sina, Iaponia.
Hoc *deſtituitur ferro*, *quamuis pyrita ſ. Sulphure mixtum.*

Amalgama Hydrargyrum ſoluit omnia Metalla exceptis Platino, Cobalto, Molybdaeno.
Medicis iners, ſaliuans, anthelminticum.

Vſus *tinctorius Medicus. Ex hoc Hydrargyri maxima copia extrahitur.*

Scopoli Io. Ant. de Hydrargyro idrenſi. *Venet.* 1761. *octav.*

glandulo-ſum. 4. HYDRARGYRVM mineraliſatum arſenicale ſolidum. 0-0.

Niur-Cinnober. Hydrargytum rubrum arſenicale. *Syſt. nat.* 171.

Mercurius mineraliſatus continuus ruber ſplendens. *Carth. min.* 63.

Habitat in Iaponia.

Varietas facile praecedentis.

crepitans. 5. HYDRARGYRVM petroſum. ☥, ☿. *Syſt. nat.* 171. *Muſ. Teſſ.* 50.

Mercurius cupro ſulphurato mineraliſatus. *Anon. min.* 219.

Habitat Zweybrücken *in Schiſto, Talco, Quartzo, Plumbo; igne multum crepitat.*

25. MOLYBDAENVM. *Metallum* non fusile? cinereum, inquinans (minera)
Igne non fusile.
Solutione . . . . .
Vitro subferrugineum (2).

Plumbago. *Blyertz.*

1. MOLYBDAENVM tritura caerulescente. ♂, 24.
Molybdaena. *Act. stockh.* 1754. *p.* 189.
Zincum fusco inquinans. *Mus Tess.* 54.
Ferrum nigricans splendens vnctuosum inquinans. *Wolt. min.* 31.
Sulphur ferro et stanno saturatum. *Anon. min.* 154.
Mica pictoria nigra manus inquinans. *Wall. min.* 126.
α. *impalpabile.*
β. *subsquamosum.*
γ. *sublamellosum.*
Habitat in Anglia, Germania, Suecia: Medelpadia, Smolandia, Norberga, *passimque in Talco Smecti, Ferro, aliisque plurimis diuersissimis.*
Variat *compacta, squamosa, granulata, membranacea et reniformis lamellis concentricis.*
Hoc *saepe continet Stannum, saepius Ferrum, neutrius propriam mineram crederem; Micae speciem statuit Iusti.*
Vsus, *Pennae scriptoriae, Crucibula praestantiora, Figulis, Pilei confectoribus.*

Magnesia. *Brunsten.*

2. MOLYBDAENVM tritura atra. ♂.
Magnesia parum martialis. *Anon. min.* 116.
Magnesia vitriariorum. *Baum. min.* 1. *p.* 269.
Ferrum intractabile fuscum inquinans, particulis micaceis striatis. *Syst. nat.* 176 *n.* 8.
Ferrum nigricans splendens e centro radiatum. *Wolt. min.* 31.
Ferrum mineralisatum, minera fuliginosa inquinante, striis sparsis conuergentibus. *Wall. min.* 269.

Molybdaenum mineram esse omnia attributa euincunt: Metallum proprium inde educere nulla ars chemica etiamnum didicit. An Metallum oppositum Hydrargyro, quod numquam fusile, vt illud semper? Non introduco ideam noui Metalli, sed colloco obscuras species metallicas in loco gratis expetito, vsquedum Regulus coronetur.

Ferrum mineraliſatum nigricans obſolete ſplendens fibroſum. *Carth. min.* 72.

α. *compactum.*

β. *intricatum.*

γ. *radiatum.*

δ. *reniforme.*

Habitat in Germania, Suecia: *Lexan, Skidberget.*
Hoc *fuliginoſum, aceroſum.*
Tingit *et ſolutione humida et ignea: rubro-purpuraſcente ſ violaceo vitro.*
Vſus. *Vitriariis, Figulis pro colore vitri.*

Spuma lupi. *Wolfram.*

3. MOLYBDAENVM tritura rubra. ♂, 24.
Magneſia parua proportione martis et iouis mixta. *Anon. min.* 117.
Ferrum intractabile, fibris planiuſculis centralibus nitentibus. *Syſt. nat.* 175. *n.* 4.
Ferrum nigrum radiatum iouem adulterans. *Wolt. min.* 31.
Ferrum mineraliſatum griſeo-nigrum ſplendens, lateribus planis ſtriatis. *Carth. min.* 72.
Ferrum arſenico mineraliſatum, minera nigra ſ. fuſca attritu rubente, cryſtalliſata planis nitidis ſplendente. *Wall. min.* 268.
Spuma lupi. *Vog. min.* 178.
Habitat in Germania.
Hoc *laminulis plumbicoloribus centralibus.*
Vſus. *Stannum ſuo ferro vitiat duriusque reddit.*

26. STI-

26. STIBIVM. ♁ *Metallum* friabile, album, fibroſum.
Igne poſt candeſcentiam euolans.
Solutione ☿ album.
Vitro flauo rufum.

natiuum. 1. STIBIVM nudum argenticolorum.
Antimonium natiuum ſ. Regulus Antimonii natiuus. *Anon. min.* 233. *Act. ſtock.* 1748 *p.* 99.
Antimonium nudum regulinum. *Carth. min.* 59.
Habitat Sahlbergae *in Carlsorr.*
Hoc *colore argenti: Planis nitidis, majuſculis.*

cryſtallinum. 2. STIBIVM cryſtalliſatum ♃. *Syſt. nat.* 172. *n.* 3.
Antimonium mineraliſatum cryſtalliſatum. *Anon. min.* 234 *d.*
Antimonium ſulphure mineraliſatum cryſtalliſatum. *Wall. min.* 239.
Habitat in Germania.

ſtriatum. *Antimonium.* 3. STIBIVM mineraliſatum fibroſum plumbicolorum. ♃, ♁.
Stibium ſtriatum. *Syſt. nat.* 172. *n.* 2.
Antimonium albo griſeum ſplendens ſtriatum. *Wolt. min.* 27.
Antimonium ſulphure mineraliſatum. *Wall. min.* 238. *Anon. min.* 234.
Antimonium. *Dal. pharm.* 38.
β. Stibium fibris intercuſſantibus ſpatum. *Syſt. nat.* 172. *n.* 4. *Muſ. Teſſ.* 50.
γ. Stibium fibris concentricis radiantibus. *Muſ. Teſſ.* 52. *n.* 6.
Habitat in Saxonia, Hungaria, Gallia.
Variat *Fibris parallelis, diſtantibus, ſparſis, decuſſantibus, e centro radiatis, connatis.*
Vſus *Argentariis, Stannariis, Typiſuſoribus etc. praecipue chemicis.*

4. STI-

Stibium rapit in igne Metalla: excepto Auro, Platino; Fragile redditur a Stanno; in Ferro vim Magnetis toliit; Medicis Emeticum.

rubrum. 4. STIBIVM mineralisatum fibrosum rubrum. ♃, 0-0. *Syst. nat.* 172. *n.* 5. *Mus. Tess.* 50.

Antimonium sulphure et arsenico mineralisatum. *Wall. min.* 239.

Antimonium auripigmento mineralisatum. *Anon. min.* 235.

Minera Antimonii rubra. *Vog. min.* 496.

Habitat in Hungaria, Saxonia *rarius*.

27. ZINCVM. ZZ. *Metallum* malleabili-rimoſum, caeruleſcenti-album, ſubſonorum.
Igne ante candeſcentiam liquabile, combuſtibile flamma luteo-viridi in fauillam albam floccoſam.
Solutione ▽F album.

cryſtallinum. 1. ZINCVM cryſtalliſatum. *Muſ. Teſſ.* 52. *n.* 1.
Minera Zinci calciformis pura indurata drufica. *Anon. min.* 228. *n.* 1.
Habitat in Germania.
Hoc *Cryſtallis chalybeiformibus, compreſſo-planis, linearibus, truncatis margine altero anguſtato.*
Artificiale *ſupra cupri ſcorificationes Fahlunae fuſum exſurgit Pſeudo Cryſtallis oblongis, quadrangulis, erectis, laminoſis, truncatis, exaratis ſtriis quadrangulis concentricis plurimis.*

mineraliſatum. 2. ZINCVM mineraliſatum compactum ſubſquamoſum. ♀, ♄, ♂.
Spiautermalm. Zincum canum galena intertextum. *Syſt. nat.* 174. *n.* 1.
Zincum ſulphure plumbo ſ. ferro mineraliſatum obſcurum, particulis micantibus. *Wall. min.* 247.
β. Zincum lamelloſo-imbricatum metallicum. *Muſ. Teſſ.* 54. *n.* 3.
Habitat Raettwik Dalekarliae, Norwegia, China.
Hoc *refert Argentum album, caneſcens, cum Galena et Ochra flaua; at β. ſimile fracto metallo cupri lamellis parallelis coadunatis.*
Electricum Zincum, *e Miſnia, huic proximum, miſit D. Schreber.*

Swabii. 3. ZINCVM mineraliſatum compactum, atomis albidis nitidulis. ♀, ♂.
Zincum ferro ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 229. *n.* 2.

Habi-

Zincum Metallis miſcetur, excepto Viſmuto, Molybdaeno.
Metallurgis pro Orichalco e Cupro conficiendo.
Medicus: Flos Zinci ſ. Nihilum album eſt exſiccans ſummum.

Habitat in Tuna Skinshytta, Bowallen.
Hoc *quaſi medium ſe repraeſentat inter Plumbum particulis impalpabilibus, Ferrum et Arſenicum commune; ponderoſum, caneſcens atomis nitentibus.*
Vſus *pro Calaminari.*

ſtibiatum. 4. ZINCVM mineraliſatum fibroſum.
α. Zincum ſtibiatum. *Muſ. Teſſ.* 54. *n.* 4.
β. Zincum lamellis decuſſatis, interſtitiis ferreo-ochreis. *Muſ Teſſ* 54. *n.* 2.
Habitat in Germaniae *fodinis.*
Hoc α galeniforme *ſtriis ſolidis, ſparſis, inquinantibus.*
β plumbicolorum *ſquamis erectis, decuſſatis.*

Calaminaris. 5. ZINCVM ſubterreum lapideſcens. ♂, ⊕.
Zincum terreſtre. *Syſt. nat.* 174. *n.* 4.
Gallmeja. Zinci minera terrea, colore flaueſcente ſ. fuſco. *Wall. min.* 247.
Zincum argilloſum ponderoſum, colore vario. *Wolt. min.* 27.
Ochra ſ. Calx zinci martialis. *Anon. min.* 228. *n.* 2.
α. *flaua* plerumque ſixa.
β. *ferruginea* plerumque efferueſcens.
Habitat α *in* Anglia, Sileſia, Achen, Vngaria.
β *in* Polonia, Nemauſi.
Hoc *vſtulatum vidi; crudum vero non adfertur.*

ſterilum. 6. ZINCVM ſemiteſſellatum atrum. ♀, ♂.
Blaende. Zincum micaceum ſubteſſellatum nigrum. *Syſt. nat.* 174. *n.* 2.
Zincum calciforme cum ferro ſulphuratum. *Anon. min.* 230. *n.* 1. γ.
Zincum ſulphure arſenico et ferro mineraliſatum. *Wall. min.* 248.
Zincum mineraliſatum ſquamoſum nigricans nitens. *Carth. min.* 61.
Sterile nigrum. *Funk. act. ſtock.* 1744. *p.* 58.
Pſeudo-Galena. *Vog. min.* 167. *Baum. min.* 1. *p.* 271. *Pott. obſerv.* 2. *p.* 105.
Habitat paſſim in Sueciae *fodinis frequens.*
Hoc *tritura cinerea, figura particularum fere Galenae, ſed atrum: particulis ſpatiformibus, nitentibus, ſimiliter atris.*

7. ZIN-

cryſtalli-num. 7. ZINCVM ſterilum octaëdro cryſtalliſatum conglomeratum.

Habitat in Germania.

Hoc *extus nigrum, intus fere galenae coloris, conglomeratum e cryſtallis aluminari-octaëdris, parum ſquamoſis, connatis in glomeres connexos, more Argenti rubri; huic ſaepe inſperſae cryſtalli montanae et Arſenicum cubicum.*

rapax. *Roedſlag.* 8. ZINCVM micaceum rubicundum tritura rufa. ♃, ♂. *Syſt. nat.* 174. *n.* 3.

Zincum ſulphure, arſenico et ferro mineraliſatum. *Wall. min.* 250.

Zincum calciforme cum ferro ſulphuratum. *Anon. min.* 230. 2. *γ.*

Zincum mineraliſatum ſquamoſum rubeſcens nitens. *Carth. min.* 61.

Habitat Dannemorae *et alibi paſſim in fodinis.*

Hoc *hepatici coloris, tritura ſicca rufeſcens; interdum Galenae inſtar ſubteſſellatum; Dannemorenſe effervueſcit.*

28. VISMVTVM. W. *Metallum* malleabili-fragile, laminoſum, flaueſcenti-album.
Igne ſub candeſcentia fuſile.
Solutione ☿ hyalinum, ☿ luteum.
Vitro teſtaceum.

natiuum. 1. VISMVTVM nudum. *Syſt. nat.* 173. *n.* 1. *Muſ. Teſſ.* 52. *n.* 1. *Cartb. min.* 54.
Viſmutum natiuum. *Anon. min.* 222. *Iuſt. min.* 158.
Viſmutum natiuum, tenuibus lamellis adhaerens. *Wall. min.* 242.
Biſmutum nudum natiuum. *Wolt. min.* 28.
Habitat in Nyberg *Skedvicenſè*, Schneeberg.

commune. 2. VISMVTVM mineraliſatum albo-flaueſcens micans. o-o, ♆. *Syſt. nat.* 172. *n.* 2.
Viſmut. Viſmutum ſulphure mineraliſatum. *Anon. min.* 224. *b.*
Viſmutum arſenico, ſulphure, cobalto mineraliſatum. *Wall. min.* 234.
Habitat Los *Helſingiae*, Riddarhyttan, Goſslariae.
Hoc *dat vitrum ruſeſcens, nec caeruleum.*

martiale. 3. VISMVTVM mineraliſatum, lamellis cuneatis. ♆, ♂, †.
Viſmutum ferro ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 225. *a.*
Habitat in Kongsberg.

iners. 4. VISMVTVM mineraliſatum nitens ſublaminoſum. ♆.
Viſmutum mineraliſatum ſulphure. *Anon. min.* 224. *n.* 1. *a.*
Habitat Baſtnaes ad Riddarhyttan *in* Amianto et Quartzo. *D. Tidſtroem.*
Hoc *deſtitutum arſenico et ferro, ſimile Galenae, ſed minus regulariter cubicum, potius lamelloſum, magis vero ſplendens et fere ſtriatum.*

29. CO-

Minerae Arſenici, Viſmuti, Cobalti ita affines ſunt, vt quiuis varias harum difficulter extra docimaſticum furnum diſtinguat. Chemicis recentioribus debetur ſemimetallum *Arſenici* et *Cobalti.*

Minera Viſmuti ditior et genuina ſaepe dat cobaltum ſ. eius vitrum caeruleum. Vide de hocce *Pott. obſerv. Berol. 1739. 4to p. 134. graphice.*

29. COBALTVM. *Metallum* fragile, albido - canescens.
Igne non fusile.
Solutione ☿ et ☽ rubrum.
Vitro caeruleum.

crystallinum. 1. COBALTVM crystallisatum. 0-0, ♁, ♂. (FIG. 35.)
Cobaltum mineralisatum crystallinum, crystallis polyëdris nitidissimis albis. *Carth. min.* 55.
Cobaltum cum ferro sulphurato et arsenico mineralisatum. *Anon. min.* 250.
Habitat in Tunaberg *a D. Bergman et D. Tidstroem.*
Crystallus *tessera* 18-*edra e planis Tetragonis* 6, *Hexagonis* 12; *vbique plana tria proxima eodem modo striata, et semper habent plana eiusmodi tria opposita; at alterna terna semper contrarie striata, vt quocunque vertas erint semper latera tria proxima reliquis contrario modo striata; ex his tribus semper planum medium erit tetragonum et lateralia hexagona.*

arsenicale. COBALTVM ferro et arsenico metalliformi mineralisatum. 0-0, ♂. *Anon. min.* 249.
Cobalti minera diuersimode figurata. *Wall. min.* 226.
Habitat in Kungsberg, Schneeberg.

pyriticosum. 2. COBALTVM ferro sulphurato mineralisatum. ♁, ♂.
Swab. Act. Holm. 1746. *Anon. min.* 250.
Habitat ad Riddarhyttan.
Hoc *caret Arsenico.*

scoriatum. 4. COBALTVM porosum glauceſcens fuscum.
Slack-Cobolt. Cobalti minera calciformis indurata. *Anon. min.* 247. *b.*
Cobaltum scoriae simile. *Gesn. cadm.* 17. *Vog. min.* 504.
Cobaltum arsenico mineralisatum, minera glauca. *Wall. min.* 225.
Habitat in Germaniae *fodinis.*

30. STAN-

Gesnerus I. A. Historia Cadmiae. *Berol.* 1744. *et* 1747. *quart.*
Lehman I. G. Cadmiologia. *Regiom.* 1761. *quart.*
Vogel: Cobalti nulla nota characteristica constans; deest aliis vitrum caeruleum, aliis Arsenicum; Regulus igne generatur cum ferro, cupro.
Iusti negat Cobaltum esse proprium Metallum, sed Arsenici speciem; vitrum caeruleum a ferro ortum iudicat; Regulum a ♂, ♀, ♄, w, 0-0 productum credit.
Mandatis Chemicorum Cobalti genus cogor distinguere. Cobalti regulum vide. *Brandt. Act. Vpſ.* 1733; obiit *Georg Brandt*, summus Chemicus Mineralogus, 1768. *d.* 29. *Aprilis. aet.* 74.

30. STANNVM. *Metallum* molli-malleabile, album, flexione ſtridens, mutum.
24 *Igne* ante candeſcentiam fuſile.
Solutione ℞ flauum; (℣ ſoluitur in puluerem album).
Vitro opalinum (ſed vix rite vitreſcens).

cryſtallinum. *Zinngraupe.*
1. STANNVM teſſeris cryſtallinis. o-o, ♂.
Stannum cryſtallis pyramidatis irregulatibus nigris. *Syſt. nat.* 181. *n.* 1.
Stannum polyëdrum irregulate nigrum. *Gron. ſupp.* 10. *n.* 31-41. *Wolt. min.* 32
Stannum ferro et arſenico mineraliſatum, minera cryſtalliſatione polyëdra. *Wall. min.* 302.
Minera ſtanni vitrea arſenicalis cryſtalliſata. *Anon. min.* 181. *b.*
Ingemmatio ſtanni. *Imper. nat.* 519.
Habitat in Angliae *Cornwall;* Germaniae *Saxonia, Bohemia.*
Cryſtallus *eſt, ſed raro perfecta et integra eruitur; mihi videtur, niſi valde fallor, figuram omnino conuenire cum Cryſtallo Cobalti. Mirum Metallum albiſſimum leuiſſimumque e Minera aterrima ponderoſiſſimaque prouenire.*

granulatum. *Zwitter.*
2. STANNVM granis cryſtallinis aggregatis. o-o, ♂.
Stannum ferro et arſenico mineraliſatum, cryſtallis ſtanni minimis. *Wall. min.* 282.
Minera cryſtallorum ſtanni. *Vog. min.* 461.
Habitat cum praecedente.
Hoc *mera varietas praecedentis, nec poteſt aliter diſtingui, quam vt arena a Sabulo, ſed aliquid forte dandum conſuetudini.*

amorphum. *Tennberg.*
3. STANNVM amorphum rufo-nigricans. o-o, ♂.
Syſt. nat. 182. *n.* 4.
Stannum ferro et arſenico mineraliſatum, lapidibus ſimplicioribus ſimile. *Wall. min.* 283.

Stan-

Stanni cryſtallini veram et diſtinctam figuram qui eruere poterit, eandem publico non inuideat.
Stannum plerisque Metallis malleabilitatem et ductilitatem aufert.

Stannum amorphum petra varia veſtitum. *Wolt. min.* 32.

Minera ſtanni vitrea arſenicalis amorpha. *Anon. min.* 81. *a.*

Habitat cum praecedentibus; ex inſula Banca *cum ochra ferri ditiſſimum attulit Capit. Ekeberg.*

Hoc *ſimile minerae antecedentium non cryſtalliſatae, ponderoſum etiam, et excepta figura idem; vſtulatum ſaepius rubeſcit.*

ſpatoſum. 4. STANNVM ſpatoſum ſubdiaphanum album. *Syſt. nat.* 182. *n.* 6.

Stannum ſpati. *Vog. min.* 166, 461. *Iuſt. min.* 120.

Lapides ſtanniferi ſpathacei. *Wall. min.* 303.

Habitat in Bohemia.

Hoc *ſimile Lap. bononienſi, ponderoſum, conſtans Spato albo; creditur continere ſtannum?*

31. PLVMBVM. ♄

Metallum molli-malleabile, caeruleſcenti-album, mutum.
Igne ante candeſcentiam fuſile.
Solutione ▽ hyalinum; *Praecipitatione* album.
Vitro flauum.

natiuum. 1. PLVMBVM nudum. *Syſt. nat.* 180. *n.* 1. *Muſ. Teſſ.* 62. *n.* 1.
Plumbum nudum granulatum. *Carth. min.* 65.
Plumbum natiuum. *Wall. min.* 272.
α. *granis* ſubrotundis in Pyrita.
β. *oblongum* papillis horizontalibus obtuſis trifariam ſ. quadrifariam prominentibus.
Habitat in Germania.
Hoc *pro Plumbo natiuo habui, dum Muſeum Teſſinianum exararem, at in aulâ docimaſticen exercère non decuit.*

cryſtallinum. 2. PLVMBVM teſſellato-cryſtalliſatum.
Bly-cryſtal.
α. hexaëdrum. *Muſ. Teſſ.* 64. *n.* 5. cubicum (FIG. 19.)
β. octaëdrum. *Muſ. Teſſ.* 64. *n.* 3. in vtraque pyramide latera duo oppoſita latiora. (FIG. 23.)
γ. 14-edrum. *Muſ. Teſſ.* 62. *t.* 2. *f.* 6. Figura aluminis, apicibus omnibus truncatis, hinc Plana hexagona 8, tetragona 6 minora. (FIG. 24.)
δ. ——— Teſſera cubica, angulis omnibus truncatis. (FIG. 20.)
ε. 26-edrum. Teſſera octaëdra aluminaris, cuius et anguli et apices omnes truncati, vnde Plana hexagona 8 maiora, primaria. Plana octagona 6 minora, verticalia. Plana tetragona 12 linearia, angularia. (FIG. 25.)
Habitat in Germaniae *Fodinis variis.*

3. PLVM-

Plumbi minerae pleraeque parua portione Argenti ſcatent, adeoque pro Argento extrahendo funduntur et Argenti minerae vulgo ſalutantur.
Medicis dulcificans.

Galena. *Blyglants.* 3. PLVMBVM mineralisatum, particulis cubicis. ♄, ☽.
Syst. nat. 120. *n.* 4. (FIG. 19.)
Plumbum argento sulphurato mineralisatum. *Anon. min.* 188.
Plumbum sulphure et argento mineralisatum. *Wall. min.* 242.
Plumbum caesio-grisеum splendens tessulatum. *Wolt. min.* 188.
α. *cubicis* particulis.
β. *granulatis* particulis.
γ. *micantibus* particulis diuerso situ.
Habitat passim per Europam *in argenti fodinis, saepius in Calce.*
Hoc 1. *Sulphure solo mineralisatum. Sw.* 187.
2. *Sulphure Argentoque mineralisatum. Sw.* 188.
3. *Sulphure, argento, ferro mineralisatum vitro nigro. Sw.* 189.
Micans *constat cubis in phalanges longitudinales, sed transuersim ad angulum obtusum distinctis, qui inaequaliter incidunt in lineas longitudinales, vnde in fracto, aliter quam secundum fracturas, fissa minera, micant particulae cubicae diuergentes.*
Vsus. *Metallicolis pro Argento extrahendo.*

compactum. *Bly-schweif.* PLVMBVM mineralisatum continuum albo-caerulescens nitens. *Carth. min.* 66.
Habitat in Germaniae *fodinis.*

paupe-rum. 4. PLVMBVM mineralisatum punctis suboccultatis. ♄, ☽. *Syst. nat.* 180. *n.* 5.
Plumbum minera galenica mineralisata lapidi insensibiliter immixta. *Wall. min.* 297.
Plumbum ferro argento sulphure mineralisatum. *Anon. min.* 189. *a.*
Plumbum caesio-grisеum splendens punctatum. *Wolt. min.* 32.
Habitat passim cum praecedente.
Hoc *punctis vix manifestis minimis nitentibus. Varietas potius praecedentis, quam distincta species.*

stibiatum. *Stripmalm* 5. PLVMBVM mineralisatum fibroso-striatum. ♄, ♂, ☽.
Plumbum antimonio et argento sulphurato mineralisatum. *Anon. min.* 190.

Plumbum caeſio-griſeum ſplendens radiatum. *Wolt. min.* 32.
Habitat Sahlbergae *et alibi cum* praecedentibus.

baſaltiſcum. 6. PLVMBVM mineraliſatum, faſciculis decuſſatis ſtriatum.
Galena ſtriata. *Walk. min.* 294.
Habitat Skinshyttan Dalekarliae *in Amianto implexo.*
Hoc *fibris faſciculatis, ſubnitidis, decuſſato-ſparſis.*

virens. 7. PLVMBVM cryſtallis hexaëdro-priſmaticis vtrinque truncatis o-o.
Plumbum nitri ſpatoſi vtrinque truncati. *Syſt. nat.* 180. *n.* 3.
Plumbum arſenico mineraliſatum, minera ſolida cryſtalliſata viridi. *Wall. min.* 296.
Plumbum ſpatoſum viride priſmaticum. *Wolt. min.* 32.
Minera plumbi calciformis pura priſmatica. *Anon. min.* 185.
Habitat in Saxonia, Bohemia, Sueciae *Norgrufua Hoegfors.*
Hoc *figura omnino priſmatica Nitri truncati, communiter vireſcens, ſaepe ſubdiaphanum. Caret argento.*

rhombeum. 8. PLVMBVM hexaëdrum rhombeum ſuluum.
Habitat in Sibiria: 5 *leucas ab vrbe Catharineburgo.*
Cryſtalli *ſpatoſae, diffractae Cinnabarin glanduloſam mentiuntur.*
Lehman I. G. noua minera plumbi. *Petrop.* 1766. *quart.*

9. PLVM-

Cineritium a *Plumbo* citrinum, a *Cupro* virideſcens, a *Ferro* rubrum, a *Cobalto* caeruleſcens, a *Stibio* perfoſſum. *Lehm.*
Demta parte metallica, et addita terra vitreſcibili ſ. inflammabili mutatur Plumbum in Argentum. *Henckel, Wallerius.*

spatosum. 9. PLVMBVM fragmentis spatosis. o.o

Blyspat. Plumbum spatosum album. *Wolt. min.* 32.

Plumbum arsenicale mineralisatum, minera spatiformi alba s. grisea. *Wall. min.* 275.

Minera plumbi calciformis mixta. *Anon. min.* 186.

Spatum plumbiferum. *Vog. min.* 166.

β. Plumbum spati cubici. *Mus. Tess.* 64. *n.* 5.

Habitat in Germania.

Hoc *fixum*, *nec effervescens.*

pellucidum. 10. PLVMBVM pellucidum hyalinum rasile effervescens.

Habitat in Austria.

Hoc *facie Quartzi est.*

32. FERRVM. ♂ *Metallum* duriſſimo - malleabile, obſcure caeruleſcenti - cinereum, ſonorum.
Igne poſt candeſcentiam liquabile; fortiori igne ſcintillas emittens.
Solutione ▽ fuſcum.
Vitro vireſcenti-fuſcum.

* *Nuda.*

natiuum. 1. FERRVM nudum intractabile. *Muſ. Teſſ.* 56. *n.* 1.
Ferrum natiuum in granulis. *Wall. min.* 242.
Ferrum nudum malleabile. *Carth. min.* 71.
Habitat in Stiria.
Hoc, *quod deſcripſi in Muſeo Teſſiniano, erat gutta ferrea. magnitudine piſi, ferrugineum, quaſi aqua humida illinitum. malleabile, minerae ferri inhaerens. Ferrum natiuum exiſtere negatur a plurimis, nec licuit vnicum ſpecimen reſoluere via humida aut ſicca.*

* * *Cryſtallina.*

teſſellare. 2. FERRVM cryſtalliſatum retractorium ſolitarium. (FIG. 23.)
Ferrum mineraliſatum cryſtalliſatum. *Wall. min.* 242.
Minera ferri calciformis indurata octaëdra. *Anon. min.* 203. *e.*
α. decorticatum nudum.
β. Alumen talcoſum opacum. *Syſt. nat.* 165. *n.* 4.
Alumen ſolitarium cinereo-fuſcum ollaris. *Amoen. acad.* I. *p.* 481.
Talcum cubicum octaëdrum. *Walt. min.* 130.
Habitat ſolitarium β in fodina Fahlunenſi, *α in Minera* Cobolti.
Hoc *magnitudine ſaepius nucis Coryli, octaëdrum aluminis figura ex triangulis planis octo, ſolitarium; β cortice talcoſo veſtitum; α ſuperficie nuda, nitida, nigra. Integra cryſtallus eſt, nec adhaerendo mutilata. Tritura nigra; non ſcintillans.*

3. FER-

Tingit atro. *Terra* lutea; vſtulata rubra euadit.
Medicis ſtipticum, corroborans, antacidum.
Miſcetur reliquis metallis fuſum.

crystallinum. 3. FERRVM crystallisatum retractorium confertum adhaerens.
Ferrum crystallisatum. *Syst. nat.* 175. *n.* 1.
Minera stanni *It. wgoth.* 258.
Habitat Nordbergae, Persbergae *supra mineram ferri.*
Hoc *constat crystallis minutis, octaëdris, sparsis, adhaerentibus, nitidis, retractoriis, non scintillantibus, tritura fusca.*

* * * *Retractoria.*

chalybeatum. 4. FERRVM retractorium nigrans subscintillans compactissimum
Minera ferri retractoria. *Anon. min.* 212. *n.* 1.
Habitat in Fodinis Wessmanniae, Dalekarliae, *Edelfors* Smolandiae.
Hoc *compactissimum absque particulis, chalybem colore et consistentia referens, parum et vix silice scintillans; tritura nigra, ignitum malleabile euadit.*

fidereum. 5. FERRVM retractorium nigrans, maculis rhombicis
7-stiernemalm. minerae ferri insparsis.
Eisenglanz. *Iust. min.* 591. *n.* 110.
Habitat in fodinis ferri Nordberg, Grengie.
Hoc *varietas minerae Ferri communis, cui insparsae sunt maculae alienae ferreae rhombeae s. cubicae instar Galenae, sed nigrae nitidae, tritura nigra Sic stella retractoria nigrans, at coelum intractabile rubricosum micaceum.*

rhombeum. 6. FERRVM retractorium nigrans, particulis rhombeis.
Habitat in fodina Wik *iuxta Garpenbergam. D. Tidstroem.*
Hoc *solidum finditur more Spati in rhombos, nitens.*

hepaticum. 7. FERRVM retractorium nigrans subscintillans, fragmentis subcubicis.
Habitat in Alpibus Lapponicis: Telliuari.
Hoc *hepatico colore, fragmentis subcubicis, nitidis, absque particulis manifestis.*

selectum. 8. FERRVM retractorium nigrans, particulis subimpalpabilibus solidescens.
Ferrum retractorium solidum. *Syst. nat.* 176. *n.* 13.
Minera ferri retractoria. *Anon. min.* 212. *n.* 2.

Habitat Dannemorae, Nordbergae etc.
Hoc *ſolidum particulis minutiſſimis, aequalibus, nigricans, hinc inde quaſi adſperſum aquae macula; ſaepe ſcintillans.*
Vſus. *Ferrum omnium in orbe praeſtantiſſimum ex hac minera funditur.*

granoſum. 9. FERRVM retractorium nigrans, particulis arenaceis. *Syſt. nat.* 177. *n.* 15.
Habitat Bitsbergae *et in adiacentibus fodinis.*
Hoc *ponderoſum, quaſi ex Arena ferrea ſubnitida coagulatum.*

commune. 10. FERRVM retractorium nigrans, particulis ſubgranulatis inaequalibus. *Syſt. nat.* 177. *n.* 16.
Habitat Norberg, Eſbo, Sandbacka, Småſtad, Ionesuando etc.
Hoc *fracturis truncatis, extus acie laterali acuta.*

molle. *Roedbraeckt.* 11. FERRVM retractorium nigrans pyriticoſum. *Syſt. nat.* 177. *n.* 21.
Habitat paſſim in fodinis.
Hoc *dignoſcitur ſub vſtulatione a fumo pyriticoſo vel etiam a Pyritis Minerae inſperſis.*
Vſus. *Ferrum inde valde flexile funditur, at vero iguitum ſub malleo facile diſpergitur et multum exſilit.*

talcoſum. 12. FERRVM retractorium nigrans talco inſperſum. *Syſt. nat.* 177. *n.* 19.
Habitat in Talco Smecti Weſſmanniae, Dalekarliae.
Hoc *quaſi ex puluere ferreo inſperſo matrici Smecti albae, ſubfibroſae, inquinanti.*
Vſus. *Facillime funditur huius ferrum, matrice licet apyra. D. Tidſtroem.*

calcarium. 13. FERRVM retractorium nigrans, marmotis. *Syſt. nat.* 177. *n.* 20.
Habitat Dannemorae *iuxta Natrum ſuillum, in matrice calcaria.*
Hoc *conſtat punctis minutiſſimis.*

14. FER-

Ferrum *retractorium* in Germania et auſtralioribus Regnis rariſſimum eſt.

decuſſatum. 14. FERRVM retractorium rubricoſum rhombeo-ſtriatum.
Habitat Bitsbergae.
Hoc *ſimile F. ſtriato, ſed ſtriae transuerſales non ad angulos rectos excurrunt, verum ad acutos, vnde interſtitia rhombea formantur.*

virens. 15. FERRVM ſubretractorium rubricoſum, particulis impalpabilibus nitidis. *Syſt. nat.* 177. *n.* 14.
Habitat in Matrice vireſcente fixa Norbergae, Persbergae, Grengie, Kengis.
Hoc *conſtat particulis ferreis: aliis retractoriis, aliis intractabilibus mixtis; ponderoſum.*

ſquamoſum. 16. FERRVM ſubretractorium rubricoſum, particulis ſquamoſis. *Syſt. nat.* 177. *n.* 17.
Habitat Persbergae, Grengie *in Matrice cotaceo-quartzoſa fiſſili.*
Hoc *praecedenti affine, ſquamis nigricantibus nitidis minutis, puluere albicante quaſi mixtis: partim retractoriis, partim intractabilibus.*

Smiris. 17. FERRVM retractorium rubricoſum vitrum arans.
Smergel. Ferrum intractabile ſquamoſo-ſtriatum. *Syſt. nat.* 176. *n.* 11.
Ferrum mineraliſatum, minera duriſſima rapaci ſolida magneti refractoria. *Wall. min.* 267.
Ferrum amorphum petrae vitreſcentis. *Wolt. min.* 31.
Ferrum retractorium tritura rubra. *Anon. min.* 213. *n.* 2.
Ferrum mineraliſatum duriſſimum fuſcum. *Carth. min.* 72.
Habitat in Oriente, Peru *ex Saxo grandaeuo.*
Hoc *plerumque aceroſum, ſed omne ferrum exarans vitrum, nec ſpecie proprium, dabit Smiridem, qui conſtabit particulis aceroſis minutis ſparſis intricatis rigidis.*
Vſus *pro politura metallorum, lapidum, vitri.*

* * * * *Intractabilia.*

micaceum. 18. FERRVM intractabile rubricans micaceum nitens. *Syſt. nat.* 176. *n.* 7.
Eyſenman. Ferrum arſenico mineraliſatum, minera micacea rubra ſ. attritu rubente. *Wall. min.* 169.

Fer-

Ferrum mineralisatum squamosum griseum splendens friabile. *Carth. min.* 72.
Minera ferri atra attractoria squamosa. *Anon. min.* 211. *d.* et 203. 1. *d.*
Mica ferrea liuida. *Wall. min.* 270.
Habitat in Germania, Norvegia, Suecia.
Hoc *simile Micae laxae, nitidae, fragilissimae; metum intractabile, aliis retractorium occurrere fertur; Mica variat magnitudine saepe pulueris minutissimi instar, saepe magnitudine squamae piscium.*

caerulescens. 19. FERRVM intractabile rubricans, squamis sublaminosis caerulescentibus.
Ferrum retractorium, particulis sublaminosis solidescentibus. *Syst. nat.* 177. *n.* 18.
Minera ferri caerulescens laminosa. *Wall. min.* 257.
Habitat in Gvengie, *ordinaria minera, in Fodina supra terram perpendiculariter fissili.*
Hoc *ponderosum, compactum squamis submembranaceis, caeruleo colore nitentibus, vnde facile dignoscitur.*

striatum. 20. FERRVM intractabile rubricans scintillans solidum rhombeo striatum. *Syst. nat.* 175. *n.* 3.
Habitat Bitsbergae.
Hoc *solidum, ponderosum, decussato-striatum, striis transuersis ad angulos rectos excurrentibus; frangitur secundum strias in cubos.*

cellulosum. 21. FERRVM intractabile rubricans, lamellis erectis interstinctis.
Kistmalm. *Habitat* Bitsbergae et Frankenberg *ad. Grund.*
Hoc *laminis erectis, chalybiformibus, nitidis, striis rhombeo decussatis, vt in F. decussato; sed laminae erectae, non parallelae, summitate, modo alterius brachii forficis, oblique marginatae in aciem.*

Haematites. 22. FERRVM intractabile rubricans glanduloſum, fragmentis concentratis. *Syst. nat.* 175. *n.* 5.
Blodsten. Ferrum mineralisatum, minera figurata rubra s. tritura rubente. *Wall. min.* 249.
Ferrum rubrum ex centro radiatum. *Wolt. min.* 31.
Ferrum idem globosum extus punctatum. *Wolt.* 31.
Minera ferri calciformis pura indurata caerulescens. *Anon. min.* 203. *n.* 1. *a.*

Haema-

Haematites. *Aldr. muſ.* 646. *Worm. muſ.* 64.
α. *rubrum.* *globularis.*
β. *nigrum.* *botryſitis.*
γ. *caeruleſcens.* *turritus.*
δ. *flauum.* *hemiſphaericus.*
Habitat in Germania *praeprimis.*
Hoc *rubrum, rubra ſcriptura; laminae oblongae, dum frangitur, ad centrum omnes tendunt. Extus reniformis, puculatum.*
Natum *videtur ex Ochra ferrugine regenerata.*
Vſus *pro politura argenti.*

rubricoſum. 23. FERRVM intractabile rubricans rubrumque, punctis impalpabilibus nitidis. *Syſt. nat.* 176.
Eiſenram. Haematites ruber. *Anon. min.* 205. *a.*
Mica ferrea rubra. *Wall. min.* 27.
Habitat in Cambria, Norbercke Weſtra-Silfberg, Nora.
Hoc *Rubricae inſtar rubrum, inquinans, atomis nitidis micantibus, ponderoſum, cultro ſaepe ſectile.*

arenoſum. 24. FERRVM intractabile nigrans, particulis granulatis opacis.
Habitat in monte Taberg, *ſummo capite Regni Gothici, vbi fodina eſt mons conicus ſupra cumpum arenoſum ſ. ſupra terram (vt Grengie), minus cohaerens fruſtis maioribus.*
Hoc *ex particulis arenoſis, non nitentibus, fuſcis ſ. nigricantibus.*
Natum *ex Ferro coagulante Arenam, eodem modo quo Tophus marinus.*

glomeratum. 25. FERRVM intractabile rubricans octaëdro-granulatum.
Habitat in Grengie, Ielliuari.
Hoc *conſtat ex granis magnitudine muriae coagulatis, cuius latera plana trigona indicant particulas eſſe octaëdras, vbi non cohaererent.*

ſpatoſum. 26. FERRVM intractabile albicans ſpatoſum. *Syſt. nat.* 175. *n.* 10.
Ferrum ſpatoſum, colore giluo ſ. badio. *Wolt. min.* 31.

Mine-

Fragmentis rhombeis ſ. cubicis ſtriatum eſt *celluloſum* 21, *ſtriatum* 20, *decuſſatum* 14, *rhombeum* 6, *hepaticum* 7, *ſidereum* 5, *ſpatoſum* 26.

Minera ferri alba ſpatiformis. *Wall. min.* 244. *n.* 3.

Minera martis ſpatoſa. *Vog. min.* 167.

Terra calcarea marte intime mixta indurata. *Anon. min.* 29.

Habitat in Germania.

Hoc *ita Spato ſimile, vt non differat, verum in igne nigricat.*

* * * * * *Attractoria.*

Magnes. 27. FERRVM attractorium. *Syſt. nat.* 176. *n.* 12.

Magnet. Ferrum amorphum, ferrum attrahens. *Wolt. min.* 31.

Habitat in Sibiria *et paſſim in ferri fodinis* Sueciae: Gagne, Lapponia etc.

Hoc *nihil differt a reliquis ſpeciebus ferri, niſi qualitate ſola ferrum attrahente polosque mundi reſpiciente.*

33. CVPRVM. ♀ *Metallum* duro malleabile, rubrum, ſonorum.
Igne poſt candeſcentiam liquabile flamma viridi.
Solutione ▽ caeruleum; ▽R ſ. + viride.
Vitro ferrugineum per ſe (alias cyaneum).

praecipitatum. 1. CVPRVM praecipitatum ſupra ferrum arenoſo-coaleſcens.

Cement-Koppar. Cuprum praecipitatum. *Syſt. nat.* 178. *n.* 3. *Gron. ſuppl.* 12.
Cuprum purum ex ſolutione vitrioli praecipitatum. *Wall. min.* 277.
Habitat paſſim ad Fodinas Cupreas *in aqua educta occurrente ferrum; praecipitatur* Fahlunae etc.
Natum *ex Aqua vitriolica Cupri, quae vbi Ferrum attingit, adgreditur ferrum et relinquit Cuprum, quod remanet inſtar arenae coagmentatum ſ. praecipitatum.*

natiuum. 2. CVPRVM nudum minerae inhaerens.
Cuprum nudum informe. *Syſt. nat.* 178. *n.* 1.
Cuprum nudum malleabile. *Carth. min.* 69.
Cuprum natiuum granulatum. *Wall. min.* 276.
α. *ſuperficiale.*
β. *foliaceum.*
γ. *germinans.*
Habitat ad Riddarhyttan Weſtmanniae, *Hesſlekulla* Nericiae, *Sunnerſkog* Smolandiae, Indiis; *in Marmore, Cupro purpureo, Ferro, Schiſto.*
Natum *praecipitando, vti antecedens, vix ſpecie diverſum, ſed granis plerumque diſtinctis paſſimque inhaerentibus occurrens.*

cryſtallinum. 3. CVPRVM cryſtalliſatum octaëdrum. *Syſt. nat.* 178. *n.* 2. *Muſ. Teſſ.* 60. (FIG. 23.)
Habitat in Indiis.
Hoc *fere nudum, octaëdrum: Planis trigonis.*

4. CV-

Medicis corroſiuo-venenatum.
Acido viride; Alcali caeruleum.
Orichalcum ſi Zinco miſceatur.

fuluum. 4. CVPRVM mineralisatum pyriticosum fuluum. ♀, ♂. *Syst. nat.* 179. *n.* 8.
Cuprum sulphure et ferro mineralisatum. *Wall. min.* 284.
Cuprum mineralisatum duriusculum saturate luteum nitens. *Carth. min.* 70.
Minera cupri pyritacea flauo-virideſcens. *Anon. min.* 198. *n.* γ.
Habitat in Wermelandia, Germania, India, Iaponia.
Hoc *vix differt a Pyrita Cupri, nisi quod Cupro ditius et colore fuluo distinctum; caret arsenico.*

purpureum. 5. CVPRVM mineralisatum pyriticosum rubro-azureum durum.
Lazurmalm. Cuprum purpurascens. *Syst. nat.* 178. *n.* 5.
Cuprum violaceum. *Gron. suppl.* 12. *n.* 14-28.
Cuprum nigricans splendens plerumque violaceo. *Wolt. min.* 30.
Cuprum mineralisatum, minera fractura nitente fragili. *Wall. min.* 282, 281.
Cuprum arcosum caeruleum durum glabrum nitens. *Carth. min.* 70.
Minera cupri pyritacea lazurea. *Anon. min.* 198. β.
Habitat in Lapponiae *Swappauari*, *Sunnerſkog*, Smolandiae, Norwegia.
Hoc *fractura nitida purpurea, tandem violacea chalybis instar euadit; caret arsenico.*

vitratum. 6. CVPRVM mineralisatum pyriticosum sectile canum. ♀.
Kopparglas. Cuprum sulphure mineralisatum. *Anon. min.* 197.
Minera cupri grisea. *Wall. min.* 264.
Habitat in Sunnerſkog Alsedensi Smolandiae.
Variat *textura solida et tessellata.* Sw.
Differt *a priore quod cultro secetur communiter.*

cinereum. 7. CVPRVM mineralisatum pyriticosum cinereum.
Fahlertz. ○○, ♂.
Cuprum cinereum. *Syst. nat.* 178. *n.* 4.
Cuprum argento et arsenico mixtum. *Gron. suppl.* 13. *n.* 38.
Cuprum arsenico ferro et argento mineralisatum, minera albescente. *Wall. min.* 283.
Minera cupri pyritacea grisea. *Anon. min.* 198. α.

Habi-

Habitat in Germania *et* Europa *auſtrali.*
Hoc *facie chalybis, ſub dio fuligineſum, Cupri dimidium pondus ſaepe obtinet. Sw. Vbi vero ſimul argento ſcatet, Argentum cinereum vulgo ſalutatur.*

albidum. 8. CVPRVM mineraliſatum arſenicale album. o-o, ♁, ♂.
Weisertz. Cuprum ferro et arſenico ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 199.
Habitat in Saxonia, Hatcynia.

rubrum. 9. CVPRVM rubrum ochraceo-induratum.
Minera cupri calciformis pura indurata colore rubro. *Anon. min.* 195.
Habitat in Germania, Notuegia, Sibiria, Sueciae *Norberg cum Cupro natiuo.*
Hoc *rubrum aut hepatico colore.*

cotaceum. 10. CVPRVM matrice ochraceo-cotacea.
Cuprum cotaceum granulatum. *Syſt. nat.* 179. *n.* 10.
Minera arenacea granulis lapidum et arenarum. *Anon. min.* 278.
Minera cupri ferrea. *Wall. min.* 287.
Habitat in Germania, Suecia *rarius*, Sibiria.
Hoc *in Cote cum Ochra aerugine et ferrugine et marte obruta, tamquam Tophus martis et veneris ſimul.*

ſchiſtoſum. 11. CVPRVM matrice ſchiſtoſa.
Cuprum ſchiſti. *Syſt. nat.* 179. *n.* 9. *Schreb. lith.* 63. *Iuſt. min.* 92.
Minera cupri lapidi fiſſili inhaerens. *Wall. min.* 281.
α. viride.
β. caeruleum.
Habitat in Oelandia *rarius; in* Germaniae Schiſtis *frequentius.*
Hoc *in Schiſto vario, ſaepe Lithantracino, ſaepe aliis lapillis mixto prodit ſe Ochra ſua viridi.*

Lazuli. 12. CVPRVM? caeruleum ſcintillans. ♂, ☽.
Lazur. Cuprum caeruleum. *Syſt. nat.* 176. *n.* 6.
Zeolites particulis impalpabilibus. *Anon. min.* 109.

Cuprum miſcetur omnibus metallis, ſed praecipitatur ferro; vix intime ſoluitur aqua forti.

Iaſpis colore caeruleo et alio mixto, cuprifer. *Wall. min.* 91.
Lapis Lazuli. *Inſt. min.* 19. *Vog. min.* 102. *Baum. min.* I. *p.* 257.
Habitat in Calmuckia, Aſia, Africa, Italia, America.
Hoc *durum*, *compactum*, *caeruleum*, *fixum*, *ſcintillans*, *vix efferueſcens*. ♈ *colorem fere extrahit.*
Genus *dubium*, *Cupro vix ſcatet*, *pyrita auricolore interdum adſperſum. Petra nondum rite innotuit. Aurum vix continet; ſaepe Argentum. An Saxum dicendum, ſed color a Metallo.*
Vſus. *Vltramarin; Capſulae.*

Armenus. 14. CVPRVM caeruleum calcarium.
Lapis Armenius. *Vog. min.* III. *Baum. min.* I. *p.* 184.
Minera cupri calciformis impura indurata. *Anon. min.* 198. *n.* 3.
Habitat in Europa *auſtrali*, Oriente, Armenia, Hungaria, Sibiria *in matrice calcarea.*
Hoc *lente efferueſcens cum Aqua forti*, *colorem in viridem mutans.*
Natum *ex Ochra Cuprigine more Malachitis.*

Malachites. 15. CVPRVM viride gypſeum.
Cuprum viride. *Syſt. nat.* 179. *n.* 7.
Cuprum viride plumoſum compactum polituram admittens. *Wolt. min.* 30.
Cuprum arroſum viride durum glabrum nitens. *Carth. min* 69.
Minera cupri calciformis impura indurata. *Anon. min.* 196. *n. b.*
Malachites. *Vog. min.* 183.
Habitat in Hungaria, Saxonia, Sibiria, Bohemia *in Gypſo ſ. Spato.*
Hoc *ſtructura Haematitidis*, *ſtriis centralibus*, *reniforme*, *nodulofum*, *colore Turcoſae*, *efferueſcens.*
Natum *ex Ochra aerugine connata*, *compacta et in ſolidum indurata*, *poſtquam praecipitata fuerat a terra gypſea.*

Nickelum. *Nickel.* 16. CVPRVM mineraliſatum arſenicale fuluum. ♃, o-o, ♂.
Cuprum nicolai. *Vog. min.* 409.

Arſe-

Arſenicum rubens cupreum. *Syſt. nat.* 170. *n.* 6.

Arſenicum fuluum ſplendens ſ. Pſeudo - Cobaltum. *Wolt. min.* 28.

Arſenicum mineraliſatum informe, particulis rud. cundis nitidis. *Carth. min.* 58.

Arſenicum ſulphure et cupro mineraliſatum; minera duſformi aeris modo rubente. *Wall. min.* 228.

Niccolum mineraliſatum ferro et cobolto arſenicatis et ſulphuratis. *Anon. min.* 256

Niccolum. *Act. ſtockh.* 1751, 1754.

Kupfernickel. *Iuſt. min.* 184.

Cobaltum aeris modo lucens. *Geſn. cadm.* 20. *n.* 32.

Habitat in Germania, *frequens in fodinis; rarius in Suecia: Los* Helſingiae.

Hoc *ex Cupro, Zinco, Ferro, Pyrita, Arſenico, Cobolto albo cinereo rubroque variegatum.*

Metallum *ſubrufeſcenti album, compactum, ſubuſtulatum germinans, calcinatum viride, vitro hyacinthino; ſoluitur in Aqua forti, Aqua regia, ſpiritu ſalis, ſolutione obſcure viridi.*

Genus *Niccolum dicendum ex hoc polymorpho, miſcelaque vario introducere conatus eſt Cronſtedtius; iudicent Chemici, et diſtinguant, qui velint, aut referant ad Cobaltum ſ. Arſenicum: Eadem ratione poſſet et Orichalcum Metallum proprium conficere, vbi copioſior quantitas Zinci mixta minerae Cupri.*

34. ARGENTVM. ☽. *Metallum* malleabiliſſimum, albiſſimum, ſonorum, perpetuum.
Igne poſt candeſcentiam liquabile.
Solutione ☿ album.
Vitro opalinum.

natiuum. 1. ARGENTVM nudum. *Syſt. nat.* 183. *n.* 1.
Argentum natiuum. *Wolt. min.* 29. *Wall. min.* 307.
Argentum purum natiuum. *Anon. min.* 168.
Argentum nudum malleabile. *Carth. min.* 75.
α. *ſuperficiale* in epidermide lapidum.
β. *bracteatum* in membranis.
γ. *granulatum.*
δ. *capillare* in ſetis.
ε. *dendroides* Muſci inſtar ramuloſum.
ζ. *cryſtallinum* ramis tetragonis more Aluminis.
Habitat in America, *Kongsberg* Norwegiae, *olim Nordmark* Wermelandiae *cum Cupro Nickelo.*
Natum *occurrit natiuum communiter vbi vena metallica diſſecatur a peregrina, ſic Nordmarkica vena ferrea diſſecta ab argillacea dedit copioſe argentum natiuum, ſuperata vero fiſſura iterum ferrea erat.*
Vſus. *Nexus rerum gerendarum.*

corneum. *Hornertz.* 2. ARGENTVM mineraliſatum ſubmalleabile ſubdiaphanum micans. ♃. o.o.
Argentum diaphanum lamelloſum. *Syſt. nat.* 183. *n.* 3.
Argentum mineraliſatum fuſco-flauum ſubdiaphanum fragile. *Carth. min.* 75.
Argentum acido ſalis ſolutum et mineraliſatum. *Anon. min.* 177.
Argentum ſulphure et arſenico mineraliſatum, minera malleabili vitrea, candelae igne liquabili. *Wall. min.* 308.
Habitat in Saxoniae *Iohan Georgenſtadt, rariſſimum.*

vitreum. *Glasertz* 3. ARGENTVM mineraliſatum ſectile malleabile plumbicolorum. ♃.

Argen-

Argenti maxima ductilitas.

Argentum malleabile. *Syſt. nat.* 183. *n.* 2.
Argentum mineraliſatum griſeum ſplendens malleabile. *Carth. min.* 75.
Argentum plumbei coloris ſplendens malleabile. *Wolt. min.* 29.
Argentum ſulphure mineraliſatum, minera malleabili vitrea, candelae igne liquabili. *Wall. min.* 308.
Argentum ſulphure mineraliſatum. *Anon. min.* 169.
α. *ſuperficiale.*
β. *ſubulatum.*
γ. *cryſtallinum* octaëdrum.
Habitat in Saxonia, Kungsberg.
Hoc *ſub dio fuſceſcit.*

rubrum. *Rotgylden.*

4. ARGENTVM rubeſcens, tritura rubra. ♃, ☌.
Argentum rubeſcens polyëdrum glanduloſum. *Syſt. nat.* 183. *n.* 5.
Argentum rubrum diaphanum et opacum. *Wolt. min.* 29.
Argentum ſulphure et arſenico mineraliſatum. *Anon. min.* 170.
Argentum mineraliſatum rubrum ſplendens. *Carth. min.* 76.
Argentum arſenico, pauco ſulphure et ferro mineraliſatum, minera rubra ante ignitionem liquabili. *Wall. min.* 315.
β. *cineraſcens*; communiter rubens.
γ. *ſuperficiale.*
δ. *glanduloſum.*
ε. *cryſtallinum*, ſaepe diaphanum, nitriforme.
Habitat paſſim in Fodinis argenteis *ditiſſimis*, *copioſius in* Harcyniae *Andersberg.*
Hoc *purpuraſcens rubini coloris*, *ſubdiaphanum puluere minus nitido*; *at Cinnabaris ſanguinea*, *opacior*, *pulueri coloratiore.* *Quo magis clarum*, *eo minus pyriticoſum.*

album. *Weisgylden.*

5. ARGENTVM mineraliſatum cupri arſenicalis, tritura albida. ☌, ♀, ♃.
Argentum albidum informe fragile. *Syſt. nat.* 183. *n.* 4.
Argentum albo - griſeum ſplendens cupro mixtum. *Wolt. min.* 29.
Argentum arſenico et cupro ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 171. *b.*

Argentum ſulphure, pauco arſenico et cupro mineraliſatum, minera micante alba. *Wall. min.* 315.
Argentum mineraliſatum albeſcens ſplendens. *Carth. min.* 75.
Habitat in Saxonia, Harcynia, Alſatia. etc.

cinereum. *Fahlertz.* 6. ARGENTVM mineraliſatum cupri cinerei, tritura rubra. ♆, ☉, ♀, ♂.
Argentum cupro et antimonio ſulphuratis mineraliſatum. *Anon min.* 173 *n.* 6.
Argentum arſenico cupro et ferro mineraliſatum, minera griſea. *Wall. min.* 290.
Cuprum pallido-griſeum ſplendens argenti diues. *Wolt. min.* 30.
α. compactum.
β. cryſtallinum.
Habitat in Daliae Aningſkog.
Hoc *vix differt a Cupro cinereo, niſi quod Argento ditatum; vix ab Argento albo niſi gradu, colore albidiore dignoſcendo.*

arſenicale. 7. ARGENTVM mineraliſatum arſenicale. o-o, ♂.
Argentum ferro et arſenico ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 172.
Habitat in Saxoniae *fodinis.*

Zincoſum. *Beck. Blaende.* 8. ARGENTVM mineraliſatum zinco ſterilo. ♆, ZZ.
Argentum zinco ſulphurato mineraliſatum. *Anon. min.* 175.
Habitat in Hungaria, Saxonia.
Hoc *in Zinco Sterilo occultatur.*

nigrum. *Swartgylden.* 9. ARGENTVM obſcurum fuliginoſum. o-o, ♀, *Syſt. nat.* 183. *n.* 6.
Argentum mineraliſatum continuum nigricans. *Carth. min.* 76.
Argentum arſenico et cupro ſulphuratis mineraliſatum. *Anon. min.* 171. *a.*
Argentum ſulphure, arſenico, cupro et ferro mineraliſatum, minera nigra ſ. fuliginea. *Wall. min.* 312.
Habitat in Germaniae *fodinis.*
Hoc *varietatem Argenti albi facit. Swab.*

35. AV-

35. AVRVM. ☉. *Metallum* malleabiliſſimum, luteum, mutum, perpetuum.

Igne poſt candeſcentiam cyaneo liquabile.

Solutione ☧ luteum.

Vitro purpureum.

natiuum. 1. AVRVM nudum. *Syſt. nat.* 184. *n.* 1.

Aurum natiuum. *Wolt. min.* 29. *Anon. min.* 165.

Aurum nudum genuini coloris. *Carth. min.* 77.

Aurum natiuum radicatum. *Wall. min.* 321.

α. *membranaceum.*

β. *ſolidum.*

γ. *cryſtallinum.*

Habitat in Smolandiae *Edelfors*, Hungaria, Peru, Chilli, China, Africa, Sibiria, *ſaepius in Quartzo, Talco, Cinnabari; varius in ſtuuiis. Natura numquam obtrectata eſt perfectiorem ſubſtantiam elementarem condere, vti conſtat ex pondere, nitore, perennitate, ductilitate.*

Vſus *Auro omnia veneunt.*

Auri ſacra fames. Quid non mortalia cogit?

Aurum natiuum raro caret Argento; Argentum natiuum vero raro ſcatet auro. Henkel.

PLATINVM. *Metallum* album, rigidum, ſubfragile, ponderoſiſſimum 22000.

Igne non liquabile; regulo Arſenici non amalgamabile.

PLATINVM

Platina del pinto. *Act. Holmenſ. 1752. p. 269. Act. Angl. 1754. vol. 48. Brown. iam. 44. Anon. min. 179. Vog. min. 517.*

Aurum album *vulgo.*

Habitat in Rio di Pinto, *innotuit circa ann. 1736.*

Hoc *eſſe veſiduum Auri poſt amalgamationem et continere ſaepe Ferrum et Hydrargyrum indicat Marcgrauius. In loco, quibus patet, examinandum, nobis tantum innotuere grana eius allata.*

Auri ſumma ductilitas.

mineralisatum. 2. AVRVM mineralisatum pyrita. *Anon. min.* 166.

Aurum nudum minerae. *Syst. nat.* 184. *n.* 2.

Aurum minera varia vestitum. *Wolt. min.* 29.

Habitat in Pyrita cubico. *Smolandiae.*

in Hydrarg. Cinnab. *Hungariae.*

in Zinco sterilo. *Chemnitzii Hungariae.*

Vsus *idem praecedenti.*

CLAS-

Aurum *vbique affrictum lap. Lydio reliquit maculam auratam, aqua forti non eluendam.*

CLASSIS III.

FOSSILIA.

I. PETRIFICATA.

* *Vera.*

36. ZOOLITHVS.	*Petrificatum*	Mammalis.
37. ORNITHOLITHVS.	*Petrificatum*	Auis.
38. AMPHIBIOLITHVS.	*Petrificatum*	Amphibii.
39. ICHTHYOLITHVS.	*Petrificatum*	Piſcis.
40. ENTOMOLITHVS.	*Petrificatum*	Inſecti.
41. HELMINTHOLITHVS.	*Petrificatum*	Vermis.
42. PHYTOLITHVS.	*Petrificatum*	Vegetabilis.

* * *Ficta.*

43. GRAPTOLITHVS.	*Petrificatum*	ſimulans.

II. CONCRETA.

* *Naturalia.*

44. CALCVLVS.	*Concretum intra*	Animale.
45. TARTARVS.	*Concretum intra*	Vegetabile.
46. AETITES.	*Concretum intra*	Lapidem.

* * *Elementaria.*

47. PVMEX.	*Concretum in*	Igne.
48. STALACTITES.	*Concretum in*	Aëre.
49. TOPHVS.	*Concretum in*	Aqua.

III. TERRAE.

* *Derivatiuae.*

50. OCHRA.	Terra	metallica.

* * *Primitiuae.*

51. ARENA.	Terra	ſcabra.
52. ARGILLA.	Terra	plaſtica.
53. CALX.	Terra	efferueſcens.
54. HVMVS.	Terra	combuſtibilis.

I. PETRIFICATA *Montium calcariorum non filii, sed parentes sunt, cum omnis Calx oriatur ab Animalibus.*

Corpora petrificanda *sint solida: Testae, Ossa, Ligna.*

Succulenta *deliquescunt et corrumpuntur antequam indurescant Lapidosa.*

Occurrunt *per totum orbem, modo Calx adsit; in Summis Peruviae montibus exulant.*

Petrificantia varia:

Calx *vi calcifica mutat corpora aliena in calcariam substantiam e. gr. Schistum in Marmor. It. wgoth.* 87. Silex *ex Calce connatus, fouet itaque Petrificata.*

Vitriola *ferruminando conglutinant et penetrant:* Tophus marinus *aliique continent interdum Conchilia.*

Schistus *ex Humo s. Arena offert saepe vestigia rerum impressarum ante coalescentiam.*

Succinum *proprie huc non referendum, cum contineat et ab aëris corruptione praeseruet inclusa olim corpora intra Resinam.*

MODI.

TRANSVBSTANTIATA, *quae tota materia, praeprimis externa immutata, perstitere.*

Redintegrata, *ex iis, quae aetate euanuerunt relicta cauitate et hac dein referta materia lapidescente in formam impressam: Hysterolites.*

IMPRESSA, *vbi corpus petrificans compressum, retinet figuram impressi: Ichthyolithus, Phytolithus.*

INCRVSTATA, *more Stalactitae, ab aqua calcaria imprimis thermali; Haec vix Petrificata subeant cum eiusmodi arte s. iniectione corporum efficiantur quorquot volupe erit.*

FOSSILIA, *vulgo dicta, sunt Testae, s. Ossa solo glutine ab aeuo orbata: Testacea, Lithophyta, Lithoxyta.*

Specificum nomen *Animalis aut Plantae addatur, vbi liquet; noscat itaque Ectypum animale s. vegetabile, qui dignoscat protypum lapideum; distincta obseruabit, dubia extricabit, relinquendo quisquilias.* Iuuat *Deperdita Testacea et* LITOPHYTA *distincte proponere, quae vel illustrant Naturae cognitionem, vel Terrae genesin; caeterum coarctet sterilioremscientiam.*

Gesneri Iob. de Petrificatis. *Lugdb.* 1758. *oct. optime.*

II. CON-

II. CONCRETA: *in his determinetur ſubſtantia coagulata: Ochracea, Marmorea, Gypſea, Stiriata, Spatoſa, Argillacea* etc.

III. TERRAE Puluereae *ſunt Petrarum Matres, pauciores earum filiae.*

PRIMITIVAE *ſ. Primigeniae, quae ex Elementis, Animalibus aut Plantis Regno Lapideo illatae fuere.*

DERIVATIVAE *quae a Lapidibus pulueriſatis exortae ſunt.*

I. PE-

I. PETRIFICATA.

36. ZOOLITHVS. Petrificatum *Mammalis.*

Hominis. 1. ZOOLITHVS Hominis. *Syſt. nat.* 201. *n.* 1. *Geſn. petrif.* 73.
Anthropolithus totius corporis. *Carth. min.* 81.
Anthropolithi praecipuum ſpecimen. *I. I. Scheuch. Homo diluuii teſtis. Tigur.* 1726. *quart. c. fig.* Act. Angl. *Act. Vratiſl. etc.*
β. Petrificatum Hominis. *Happel Schatkamm.* 579. *Henkel. Saturn.* 532.
Habitat α *in Schiſto Oeningenſi.* β *Aquis Sextiis* 1583. *effoſſus.*
Hic α *Partes capitis; oſſa capitis et vertebrarum; partium an molliorum Cerebri, Muſculorum reliquiae induratae?*

Cerui. 2. ZOOLITHVS Cerui. *Syſt. nat.* 201. *n.* 2. *Geſn. petrif.* 70.
Petrificatum Cerui totalis. *Spada p.* 45.
Cornua Cerui Tarandi. *Act. angl. n.* 227. *p.* 489.
Habitabat in montibus di Valmenara di Grezzana; *in* Hiberniae *montibus.*

Ebur foſſile. 3. ZOOLITHVS Trichechi Roſmari.
Zoolithus Phocae dentibus caninis exſertis. *Syſt. nat.* 201. *n.* 3.
Sceleton Elephantis. *Tenzel. act. angl. n.* 234. *p.* 757?
Oſſa foſſilia. *Spleiſſii oedip. oſteologic. Scaphuſ.* 1701. *quart.*
Monumentum diluuii in agro Bononienſi. *Mont. Bonon.* 1719. *quart. cum icone.*
Mammotowakoſt *Ruthenis.*
Habitat ad Mare album, *frequens effoditur.*

Turcoſa, *Turcois.* 4. ZOOLITHVS dentis viridi-caerulei. *Syſt. nat.* 201. *n.* 4.
Turcoſa gallica. *Reaum. act. Pariſ.* 1718. *p.* 230.
Petrificata animalia dentium quadrupedum; nitorem et polituram gemmeam admittentia, colore cyaneo. *Wall. min.* 359.
Turcois. *Iuſt. min.* 383.
Habitat in fodinis cupreis.
Hic *vulgo creditur ortus a Dente cupro tincto, non ſemper Elephantis, ſaepe alius Mammalis.*
Vſus *adnumeratur Gemmis nobilioribus.*

37. OR-

37. ORNITHOLITHVS. Petrificatum *Auis.*

totalis. 1. ORNITHOLITHVS totalis. *Syſt. nat.* 200. *n.* 1.

Habitat rariſſime inter Petrificata.

Hic *rariſſimus, ſi occurrat, poſſibilis tamen; quot-quot ego vidi, erant tantum incruſtationes Stalactiticae.*

partialis. 2. ORNITHOLITHVS partialis Roſtri. *Syſt. nat.* 200. *n.* 2.

Xyloſtea roſtrorum auium. *Wall. min.* 360.

Habitabat in Heluetia.

nidi. 3. ORNITHOLITHVS nidorum. *Syſt. nat.* 200. *n.* 4. *Geſn. petrif.* 67.

Ornitholithus nidorum auium. *Wall. min.* 360.

Habitat in Antro Baumanni.

Hic *incruſtatus, nec petrificatum dicendus, cum eiusmodi ad Thermas poſſint arte confici.*

38. AM-

Ornitholithi veri inter petrificata ſunt rariſſima.

38. AMPHIBIOLITHVS. Petrificatum *Amphibii.*

Teſtudinis. 1. AMPHIBIOL. totalis Teſtudinis. *Geſn. petrif.* 66.
Habitat in Cote Berlingenſi.

Ranae. 2. AMPHIBIOL. totalis Ranae. *Geſn. petrif.* 66.
Lapis ingentis magnitudinis Bufonem exhibens. *Spener. Miſc. Berol* 102.
Habitat in Schiſto Glaronenſi. *Geſn.*

Lacertae. 3. AMPHIBIOL. totalis Lacertae. *Geſn. petrif.* 65.
Crocodili ſceleton e fodinis Thuringicis Kupferſahlienſibus ad 50 vlnarum profunditatem. *Act. Berol.* 1710. *p.* 103. *f.* 24.
Sceleton Crocodili in Schiſto. *Act. Lipſ.* 1718. *p.* 188. *t.* II.
Habitat in Schiſto *rarius.*

Serpentis. 4. AMPHIBIOL. totalis Serpentis. *Geſn. petrif.* 65.
Habitat in Ardeſia Glaronenſi. *Geſn.*

Nantis. 5. AMPHIBIOL. totalis Nantis.
Habitat in Schiſto Glaronenſi: *Raia, Baliſtes Syngnathus.*

Gloſſopetra. 6. AMPHIBIOLITHVS dentis Squali. *Syſt. nat.* 198. *Schreb. lith.* 108.
Gloſſopetra. *Olear. muſ. t.* 21. *Butn. diluv.* 242. *t.* 24. *B.* 9. *γ. A.* 7. *Lerch. orycht.* 39. *Vog. mm.* 211. *Wolf. baſſ. t.* 21.
α. anceps ſerrata. *Geſn. fig.* 162. *f. A, B. Worm. muſ.* 67. *f.* 4. *Bocc obſ.* 314.
β. anceps incurua integerrima. *Schreb. α.*
γ. anceps recta integerrima. *Schreb. β.*
δ. ſubanceps baſi bifurca. *Schreb. γ. Geſn. fig.* 162. *f.* 1. *Worm. muſ.* 67. *f.* 1.
ε. teres recta ſtriata triſida. *Schreb. δ.*
ζ. ſubulata ſtriata. *Schreb. η.*
Habitat in Archipelago *frequens, copioſe in* Melita.
Reiſchius Ioh. Comment. de Gloſſopetris Lunéburgenſibus. *quart.*

39. ICH-

39. ICHTHYOLITHVS. Petrificatum *Piſcis.*

ſchiſti. *Fiſkſkifer.*

1. ICHTHYOLIT. totalis Schiſti. *Syſt. nat.* 198. *n.* 1. *Schreb. lithog.* 106.
Ichthyolithus piſcis integri. *Geſn. Petrif.* 60. *Wolf. haſſ. t.* 13-20. *Dauil. curioſ.* 3. *t.* 4.
Piſces petrificati. *Myl. ſaxon.* 1. *p.* 4. *f.* 1, 2, 3. *et p.* 47. *f.* 12. *Braun. min.* 2. *t.* 7, 8.
Lapis Iſlebianus. *Geſn. fig.* 161.
Habitat in Schiſto *nigro* Iſlebienſi, Glaroſienſi, Manbacenſi.
Hic *Sceleto et pinnis*: *Pleuronectes*, *Muraena*, *Xiphias*. *Scheuchzer I. I.* Querulae et Vindiciae Piſcium. *Tigur.* 1708. *quart. p.* 15. *t.* 5.

marmoris.

2. ICHTHYOLIT. totalis Marmoris. *Syſt. nat.* 198. *n.* 2. *Muſ. Teſſ.* 100. *Schreb. lith.* 107. *Rumph. muſ. t.* 59. *f. H.*
Marmor ſ. Lapis fiſſilis marmoreus candidus ſ. ſubflauus eichſtadienſis ſ. pappenheimenſis cum dendritis piſciumque impreſſionibus. *Scheuch. muſ.* 97, 104. *querul.* 17. *herbar.* 49, 115.
Piſcis in lapide. *Kryger* geſchichte der erde. *Hall.* 1746. *oct.*
Habitat in Marmore *fiſſili albido* Libani, Pappenheimenſi, Bauarienſi, Oeningenſi: *Muraena*, *Eſox*, *Perca*, *Cyprinus*.
Pappenheimenſi: *Muraena*, *Eſox*, *Perca*.
Veronenſi: *Muraena*, *Scorpaena*, *Scarus*, *Pleuronectes*, *Scomber*, *Trigla*.

Bufonites.

3. ICHTHYOLITHVS dentis molaris Anarrhichae.
Ichthyolithus dentis hemiſphaerici. *Syſt. nat.* 198. *n.* 4. *Muſ. Teſſ.* 100. *n.* 4. *Schreb. lith.* 109.
Bufonites maiuſculus atro-rubens inſtar capſulae glandis quercinae. *Act. angl.* 200. *p.* 750. *Lugd. litoph.* 70. *Mort. north.* 244.
Lapidis bufonitis varietas prima. *Boet. lap.* 301.
Bufonius. *Merett. pin.* 210.
Batrachita ſ. Crapodina. *Geſn. lap.* 161.
Habitat piſcis in Mari Angliam *imprimis alluente.*
Hic *dens molaris*, *hemiſphaericus*, *laeuis*, *glauceſcens.*

40. ENTOMOLITHVS. Petrificatum *Inſecti.*

Cancri. 1. ENTOMOLITHVS Cancri. *Syſt. nat.* 197. *n.* 1. *Muſ Teſſ.* 98.
Aſtacolithus ſ. Gammarolithus. *Vog. min.* 208.
Cancer lapideus. *Zannich. muſ.* 54, 29, 32. *Scheuch. querul.* 29. *t.* 4.
Aſtacolithus. *Geſn. petrif.* 59.
α. *Cancer* lapidefactus. *Bourget. petrif.* 113. *Teſſ. l. c. Rumph. muſ. t.* 6. *f.* 1. 2, 3.
Pagurus lapideus. *Geſn. fig.* 167. *Dauil. catal.* 3. *t.* 3. *f. G.*
β. *Aſtacus* petrificatus. *Scheuch. ſacr.* 64. *t.* 56. *Dauil. catal.* 3. *t.* 3. *f. I.*
γ. *Pulex* petrificatus. *Klein. dub.* 36. *f. e.* Z.
Habitat in Marmore fiſſili albo Pappenheimenſi, *Knorr. t.* 7, 8; *in Topho Ludo margaceo;* α. Veronae, Coromandeliae. *Teſſ. l. c.;*

paradoxus. 2. ENTOMOLITHVS Monoculi? deperditi. *Muſ. Teſſ* 98. *t.* 3. *f.* 1, 2. *Act. Stockh.* 1759. *p.* 19. *t.* 1. *f.* 1, 2, 3, 4.
Oniſcus petrificatus. *Act. petrop.* 1766.
Petrificatum valuulam echini referens. *It. oel.* 147. *f.* 147.
Conchites anomius valuulis trilobis. *Schreb. lith. p.* 48.
Petrificatum ignotum. *It. wgoth.* 87. *f.* 88.
Conchites tribus lobis ſcarabaeum refetens. *Wolt. min.* 42. *Lehm. ſloezb.* 72. *t. l. A. B.*
β. Petrificatum inſecti coleoptrati. *It. wgotb.* 24. *It. ſcan.* 121.
Lapis fiſſilis niger aluminaris inſectorum veſtigia exhibens. *Bromel. Act. Vpſ.* 1729. *p.* 494. *t.* 496, 497. *lithol.* 2. *p.* 494, 525, 526, 528.
γ. Petrificatum alterum piſiforme. *It. ſcan.* 122.
Petrificatum. *Bromel. act. Vpſ.* 1729. *p.* 527.
Habitat β. γ. in *Bitumine ſtillo* Andrarumenſi *Scaniae.* α. *in Marmore ſtratario* Kinnekulle *et* Oelandiae; *in Schiſto communi, Teſſiniano nullus praeſtantior. Deperditus.*

Varie-

Varietas α. *expansa* pedata, saepe magna.

β. *Cantharidum* figura et magnitudine.

γ. *Pisiformis* cum suo corculo.

eosdem tamen esse per gradus eundo observaui.

Natum *esse ex* Monoculi affinis *specie nondum nota statui in Act. Stockh., nec Onisci speciem crederem.*

succineus. 3. ENTOMOLITHVS Succini. *Gesn. petrif.* 58.

Insecta succino inclusa. *Sendel p.* 327. *c. figur. copios.*

Habitat intra Succinum.

Hic *inclusis insectis, dum Succinum etiammum Pix aut Resina erat: Proprie Petrificatum non est. Rarius coleoptera continet, saepe gymnaptera.*

41. HELMINTHOLITHVS Petrificatum *Vermis.*

Hammonites.

1. HELMINTHOL. Nautili testa spirali, apertura cordata, anfractibus contiguis rugoso-inaequalibus.
Cornu Ammonis lapideum. *Vog. min.* 220. *Wolf. hass. t.* 7. *f.* 1, 2, 3. *et t.* 8. *f.* 6.
Cochlites polythalamius, spira vtrinque apparente, siphunculo ad marginem exteriorem. *Wolt. min.* 40.
Helmintholithus testacei Nautili. *Mus. Tess.* 86. *t.* 4.
Ammonites. *Ges. petrif.* 47. *Gesn. figur.* 164. *f.* 4.

α. ambit. acuto integro, disco compresso, suturis flexuosis. *Tess f.* 11.
β. —— carinato integro; — compresso sulcis bifidis. *Tess. f.* 10.
γ. —— carinato crenato, — sulcis eleuatis remotis. *Tess. f.* 9. *Worm. mus.* 91.
δ. —— obtuso, — compressiusculo striato. *Tess. f.* 7. *Worm. mus.* 86.
ε. —— obtuso, — depresso sulcis dorsi bifidis. *Tess. f.* 2.
ζ. —— depresso, — lateribus nodosis. *Tess. f.* 8.
η. —— depresso, — striis acutis. *Tess. f.* 3.
ϑ. —— subquadrato carinato, sulc. acutis remotis. *Tess. n.* δ.
ι. —— rotundato nodoso, sulc. transuersis flexuosis. *Tess. f.* 1.

Habitant hae (α-ι.) *totidem distinctae species, procul dubio in abysso* Pelagi, *inter deperdita numeratae, nec testae in vllo Museo visae; omnes differunt specie a Nautilis minutis m. Mediterranei.*

Orthocerotes-*Dartar.*

2. HELMINTHOL. Nautili Orthocerae. *Syst. nat.* 1. *p.* 1164. *n.* 289.
Helmintholithus Nautili recti. *Mus. Tess.* 86. *Schreb. lith.* 102. *n.* 13.
Orthocerotes. *Breyn. polythal.* 28. *Vog. min.* 216.
Alueolus. *Scheuch. helv.* 7. *f.* 8. *diluv.* 938.

Ra-

Vbi Testacea et Lithophyta fossilia existunt in magna copia, ibi quondam fuere maris littora aut abyssus, cum sint mera vestigia maris, omni historia antiquiora; Diluuium vero non demonstrant, sed tantum longioris aeui rudera.

Radius articulatus. *Gmelin. act. petrop.* 3. *p.* 246.
Tubulites polythalamius coniformis siphunculis et thalamis etc. *Wolt. min.* 38.
Tubulus concameratus. *Klein. tubul.* 7. *t.* 2 - 8.

α. *laeuis.*

β. *annulis carinatis.*

Habitat sine dubio in abyſſo Maris Balthici; *deperditus; petrificatus nobis frequentiſſimus in Marmore ſtratario (rarius in Schiſto, Cote)* Oelandiae, *It. oel.* 141. Oſtrogothiae, Weſtrogothiae: *Kinnekulle. It. wgoth.* 41.

Hic *rectus, a craſſitie pennae ad brachii accedit, ſaepe pedalis ſ. bipedalis, ſuperficie in aliis laeui, in aliis articulis carinatis; Sipho iuxta alterum latus procedit in plerisque.*

Conchidium.

3. HELMINTHOL. Patellae? biloculoris.
Conchidium. *Muſ. Teſſ.* 90. *t.* 5. *f.* 8.
Habitat in Mari Balthico; *certe petrificatum in* Oelandia, Gothlandia *frequens; deperditus.*
Teſta *antiquata fere Cardii edulis, ſolitaria, repleta calce ſolida; facillime finditur longitudinaliter in partes duas aequales; at vero, vbi non farcta calce a parte inferiore ſ. interiore, ſepimento longitudinali diuiditur in duo loculamenta.*

Anomites.

4. HELMINTHOL. Anomiae deperditae. *Syſt. nat.* 1. *p.* 1150. *Muſ. Teſſ.* 88.

α. pectinata *S. N.* 217.
β. Pecten, *S. N.* 227.
γ. ſtriatula. *S. N.* 228.
δ. reticularis. *S. N.* 230. *Teſſ. t.* 5. *f.* 5.
ε. Plicatella. *S. N.* 231.
ζ. criſpa. *S. N.* 232. *Teſſ. t.* 5. *f.* 7.
η. lacunoſa. *S. N.* 233. *Teſſ. t.* 5. *f.* 6.
ϑ. farcta. *S. N.* 235.
ι. angulata. *S. N.* 238. *Teſſ. t.* 5. *f.* 4.
κ. biloba. *S. N.* 240.
λ. ſpinoſa. *S. N.* 242.
μ. nouemſtriata; *rarior nec deſcripta antea.*

Habitant in Oceano, *etiamnum hae non detectae Teſtae, frequentes paſſim inter Marmora, at nouemſtriata in Oſmundsberget,*

Harum nouemſtriata (*d*) *latior quam longa, laeuis, gibba, longitudinaliter ſtriata ſtriis oculo nudo non conſpicuis, longitudinalibus, conſertiſſimis, ſed Striae elenatae, fere carinatae, longitudinales, nouem diſtinctae, hanc Anomiam ab omnibus aliis diſtinguunt.*

Hyſterolithus. 5. HELMINTHOL. Anomiae Hyſteritae. *Syſt. nat.* 1. *p.* 1154. *n.* 239.

Hyſterolithus. *Muſ. Teſſ.* 90. *t.* 5. *f.* 2. *Worm. muſ.* 83. *t.* 83. *Wolff. baſſ.* 29. *t.* 3. *f.* 3, 4, 5. *Braun. min.* 1. *t.* 28.

Cochlites rotundus altera parte vuluam prae ſe ferens. *Wolt. min.* 42.

Lapis hyſtericus et Anomia gleich Geburtsgliedern. *Vog. min.* 226.

Habitat in Gotlandia etc. *in montibus Calcariis.*

Hic *videtur mere Nucleus Anomiae cuiusdam, affinis Anomiae Caput Serpentis, ſed magis dilatatus, eſt enim diſcus plano-conuexus, cui conuexitas obuiata, longitudinaliter bipartita, baſi anguſtiore cohaerens et compreſſa; lateribus vero antrorſum marginem verſus ſtriata; iuxta baſin vtrinque foſſula laterali exſculpta.*

Craniolaris. 6. HELMINTHOL. Anomiae Craniolaris. *Syſt. nat.* 1. *p.* 1150. *n.* 216. *Faun. ſuec.* 2150. *f.* 2150.

Nummus brattensburgenſis. *Act. Vpſal.* 2. *p.* 560. *t.* 52. *Stobaei Numograph.* 1732. *f.* 1, 2.

Habitat reiecta ad littora Iuoe ſ. Baeckaſkog, Egeneberga *et foſſilis in Balsberget Scaniae. It. ſcan.* 88; *deperditus.*

Hic *meretur diſtinctus tradi ob figuram orbicularem; teſta altera intus tribus foraminibus, extus tribus poris; altera vero ſubconica eſt.*

Gryphites. 7. HELMINTHOL. Anomiae Gryphi. *Syſt. nat.* 1. *p.* 1151. *n.* 226.

Concha lapidea gibboſa. *Column. aquat.* 54. *t.* 52. *Bocc. obſ.* 304. *f.* 1.

Con-

Conchilia litorea ſunt vulgatiſſima. Pelagica, vtpote rariora et minus cognita, ſunt obſeruanda.

Conchites oblongus rugosus, rostro valde aduncо. *Wolt. min.* 42.

Conchites anomius rugosus, rostro subtereti insigniter aduncо. *List. angl.* 238. *t.* 4. *f.* 45. *Worm. mus.* 80. *f.* 1.

Gryphites. *Mus. Tess.* 92. *t.* 5. *f.* 9. *Scheuch. diluv.* 743. *Anon. basil.* 1748. *part.* 3. *t.* 3. *f.* 5. *Vog. min.* 225. *Rumph. mus. t.* 59. *f. B.*

Habitat in Italiae, Angliae *montibus calcariis; deperdita.*

diluuianus. 8. HELMINTHOL. Ostreae diluuianae.

Ostrea Indica Feuille. *Dauil. curios.* 1. *t.* 19. *f.* X.

Habitat in Balsberget Scaniae *et alibi, in* Germania; *Fossilis, deperditus.*

Hic *generis obscuri; cardo videtur Ostreae. Valuulae cymbiformes Cardii cardissae, latere altero angustiore, minus dentato, pectinato-plicato: plicis retrorsum imbricatis, profunde dentatis.*

Androdamas. HELMINTHOL. Mytili margaritiferi cardinis, viridis.

Penna pauonis viridi caeruleſcens. *Mus. Tess.* 24. *n.* 2.

Habitat in Mari Indico e tendine cardinis. *Act. stockh.* 1759. *p.* 24. *t.* 1. *f.* 5, 6, 7, 8.

Hic *Gemma e viridi et caeruleo nitidissimo pro situ et flexione versus lucem varians.* Mytili margaritiferi *tendo cardinis induratus et politus hanc gemmam praebet, ab artificibus elaborandam.*

iudaicus. 9. HELMINTHOL. obouatus crenulato-striatus subpetiolatus.

Helmintholithus iudaicus lapis dictus. *Mus. Tess.* 94.

Lapis iudaicus. *Imperat. nat.* 743. *f.* 1-4. *Volkam. sisel.* 1. *t.* 27. *f.* 32 *Aldr. mus.* 711. *Calceol. mus.* 298. *Worm. mus.* 69. *Wagner iudaic. Hal.* 1724. *quart.*

α. obouatus striis punctatis subacaulis magnitudine oliuae. *Wagn. f.* 11-14.

β. clauatus striis punctatis excepto apice, manubrio $\frac{1}{3}$ totius. *Wagn. f.* 41, 42.

γ. gigartinus, obouato-clauatus, totus punctatus absque manubrio, albissimus, magnitudine seminis Vitis. *Wagn. f.* 31, 34.

δ. subglobosus, supra et infra truncatus, poro perforatus; *modo huius generis.*

Habitat in Oceano, *vnde eiicitur.*

Natum *plurimi existimant ex Echini spinis, et certe basis summam habet similitudinem; at vero ego non noueram speciem Echini cum eiusmodi spinis; totus lapillus constat spato durissimo, qui solet indicare cauitatem in qua nascitur.*

Echinites. 10. HELMINTHOL. Echini. *Mus. Tess.* 94. *Schreb. lith.* 103. *α.*

Echinites. *Olear. mus.* 22, 21. *Wolt. min.* 36. *Gesn. petr.* 34. *n.* 1 - 12. *Gesn. figur.* 168. *b.* 1, 2. *et* 156. *b.* 1, 2. *Rumph. mus. t.* 50. *f.* 7, 9. *et t.* 59. *f. C. E. F.*

Habitat in Marmore, Creta, Silice, *passimque in maritimis.*

Hic *saepe intra Silicem; repletus Silice aut Creta, aut vtroque, remanente testa; vel renouata e spato est.*

Species *Echini qui nouerit, facile diguoscat species Echinitae, eiusque aculeos a L. iudaico diuersos; vide D. Schreberum l. c.*

alueatus. HELMINTHOL. cylindricus aggregatus confertim oblique annulatus.

Habitat in rupibus calcariis.

Hic *constat multis cylindris, Lumbricos referentibus, crassitie pennae cygni, palmaribus, farctis, confertim vti Lumbricus annulatis, annulis obliquis; caeterum apice obtusus, culmo flexuosus, simplex et confertus e plurimis, videtur proxime accedere ad Sabellam alueolatam.*

Astrion. 11. HELMINTHOL. Asteriae minutae? *Syst. nat.* 1099. *n.* 4.

Habitat in Cretaceis Angliae.

Hic *minutus magnitudine et figura squamae fructus Betulae albae, cruciatus radiis saepius* 4, *rarius* 5, *rarissime pluribus, albus, in medio connexus, vix manifeste elenato-punctatus.*

orbium. 12. HELMINTHOL. Asteriae orbiculatis sublentiformis.

Habitat cum praecedenti.

Hic *magnitudine et figura seminis Lentis, sed magis planus, albus.*

13. HEL-

Tubiporus.

13. HELMINTHOL. Tubiporae (deperditae.) *Syſt. nat.* I. *p.* 1270.

α. Catenularia. *S. N.* 2.
β. repens. *S. N.* 3.
γ. faſcicularis. *S. N.* 4.

Habitant in Mari Balthico, *cum ad eius littora deiiciuntur; deperditi.*

Madreporus.

14. HELMINTHOL. Madreporae (deperditae.) *Syſt. nat.* I. *p.* 1272.

α. turbinata. *S. N.* 6.
β. Porpita. *S. N.* 7. *M. Teſſ.* 96. *n.* 14. *an Meduſa Porpita?*
γ. Ananas. *S. N.* 15.
δ. truncata. *S. N.* 24.
ε. ſtellaris. *S. N.* 25.
ζ. organum. *S. N.* 26.
η. flexuoſa. *S. N.* 29.

Habitant in Mari Balthico, *cum quotannis ad Gotlandiam reiiciuntur; deperditi.*

Milleporae.

15. HELMINTHOL. Milleporae orbicularis punctatus. *Habitat in* Italia. *D. Vandelli.*

Hic *latitudine maioris oculi cancri, ſupra conuexus, ſubtus concauus, vti Pileus Agarici, margine obtuſiuſculo.* Subtus *a centro ad peripheriam ſtriatus.* Supra *a centro ad peripheriam itidem ſtriatus ſerie punctorum minutiſſimorum; ſingulas ſtrias interiacet ordo Punctorum maiorum itidem excauatorum, ita tamen ne puncta maiora inter ſe transuerſim reſpondeant, et minora cum maioribus alternent.* Prototypus (*ſine dubio Millepora*) *mihi ignotus.*

Spongites.

HELMINTHOL. ramoſus angulatus imbricatus poroſus.

Corallinum ramoſum ramis angulatis imbricatis paſſim coadunatis. *Muſ. Teſſ.* 128. *n.* 3. *t.* 11. *f.* 2. *

Habitat . . . .

ſuturatus.

16. HELMINTHOL. Iſidis geniculis repandis.

Entrochus. *Wolf. Raſſ. t.* 4. *f.* 1, 6. *Geſn. fig.* 89. *b.*

Habitat in Haſſia inferiore.

Hic, *cylindricus*, *rectus*, *articulatus*, *geniculis ſerpentino-repandatis* (Ziczac). *Articulus quinis margine crenatus*, *diſco planus*, *centro eminens puncto.*

Entrochus. 17. HELMINTHOL. Iſidis Entrochae. *Syſt. nat.* 1. *p.* 1288. *n.* 4.

Petrificata animalia articulorum compoſitorum. *Schreb. lith. p.* 51.

Aſteria columnaris articulis crenatis. *Harenb. encrin. t.* 1. *f.* 8, 9, 10.

Caput Meduſae articulis vtrinque figura ſolari, radiis denſioribus excurrentibus. *Wolt. min.* 37.

Entrochus *Volkam. ſileſ.* 1. *t.* 27. *f.* 19, 9, 10.

Helmintholithus reptilis. *Muſ. Teſſ.* 96. *n.* 15.

α. punctatus Gottlandiae.

β. verrucoſus. Gottlandiae; e Caule.

γ. aculeatus. Helvetiae.

δ. ſtratus transuerſim.

ε. articulis elevatis laevibus.

ζ. laevis.

η. Corallites absque geniculis factus e ramis dichotomis. *Habitant inter petrificata reliqua* Europae.

Haec *Particulis atris, magnitudine Arenae volatilis, paſſim ſubnitentibus, obtuſe angulatis, ferro ditiſſimis, retractoriis.*

Nata *Minerarum Ferri alpinarum, a voraginoſis cataractis comminutarum et detritarum, delata torrente fluuiorum ad oſtia maris, vbi impetu ceſſante deponitur.*

Vſus *pro Ferro inde coquendo.*

Silicea. 14. ARENA Silicea. *Kalm. it.* 1. *p.* 359. *Carth. min.* 10.

Habitat in Anglia: *Buckingbamſhire.*

52. ARGILLA. *Terra* Maris ſedimenti viſcidi.
Particulae amorphae, impalpabiles, molles, tenaces, lubricae.
Humido emollienda, vnctuoſa, plaſtica.
Igne Induranda.

* *Simplices.*

apyra. *Eldfaſt Lera.*

1. ARGILLA apyra arida.
Argilla apyra. *Wall. min.* 19.
Argilla rudis pura igne indureſcens. *Carth. min.* 5.
Terra porcellana pura. *Anon. min.* 78. *n.* 1.
Habitat Boſerup Scaniae, Gallia, Haſſia.
Vſus. *Apyra omnis Argilla vſtione alba euadit; pro Crucibulis, Retortis, Furnis chemicis et metallurgicis ſeligitur.*

leucargilla. *Pip-Lera.*

2. ARGILLA apyra lubrica.
Argilla niuea hinc inde incarnata. *Syſt. nat.* 207. *n.* 5.
Argilla ſubtilis igne indureſcens et palleſcens. *Carth. min.* 6.
Terra porcellana phlogiſto aliisque heterogeneis minima portione mixta. *Anon. min.* 78. *n.* 2.
Leucargilla Plinii ſ. Argilla fiſtularis. *Vog. min.* 32.
Marga argillacea pinguedinem imbibens calore indurabilis. *Wall. min.* 24.
α. *alba.* Colonia, Maſtricht.
β. *cinerea.* Gallia, Haſſia, Boſerup Scaniae.
γ. *violacea.* Montmartre Galliae.
δ. *nigra.* Montmartre.
Habitat copioſius in Europa *auſtraliore.*
Haec *compacta, imbibens, pinguis tactu et nitida; vſtulata primum nigricans.*
Vſus *pro Fiſtulis Tabaci.*

porcellana.

3. ARGILLA albida arida ſubfarinacea, atomis nitidis.
Argilla porcellana. *Vog. min.* 33.
Marga porcellana. *Wall. min.* 23.
Habitat in China.

Haec

Argilla omnis pura et ſimpliciſſima per ſe apyra eſt, nec in igne (quod a ferro) rubeſcens.

Haec *alba aut albicans, fere ſubfarinacea, minime tactu pinguis ſed arida, adſperſa atomis micantibus inſtar Micae minutiſſimae.*
Vſus. *Vaſa Porcellana ſemiuitrificata.*

chinenſis. 4. ARGILLA flaueſcens, punctis maculisque ferreo-ochraceis.
Terra porcellana marte mixta. *Anon. min.* 77. *A.*
Habitat in Chinae *collibus.*
Haec *rufa ſ. rubra, maculis pallidis ſ. flauicantibus varie mixta, arida*
Vſus. *Scritur in ea Oryza, Goſſypium, Indigo; Lateres inde ſub aqua exſtruendi.*

lithomarga. 5. ARGILLA flauicans ſolideſcens impalpabilis.
Lithomarga flaueſcens. *Anon. min.* 79.
Sjoeſkum. *Habitat in* Tataria Crimia.
Haec *ſiccitate indureſcit.*
Vſus. *Capitula pro Fiſtulis Tabaci maiora.*

lemnia. 6. ARGILLA incarnata fracturis glaberrimis.
Lithomarga, Terra lemnia. *Anon. min.* 78. *B.*
Terra lemnia. *Dal. pharm.* 20. *n.* 2.
Terra lemnia rubra. *Coſt. foſſ.* 14.
Habitat in Lemno, Turcia.
Haec *pallido-incarnata, rumpitur aqua cum ſtrepitu in moleculas.*
Vſus *Pharmaceuticus.*

fullonica. 7. ARGILLA fiſſilis friabilis lubrica, in aqua ſpumans. †.
Walklera. Argilla fiſſilis. *Schreb. lith.* 132.
Argilla ſubtilis pinguis in aqua cito liqueſcens. *Wolt. min.* 11.
Argilla fullonum ſaponacea lamelloſa. *Wall. min.* 26.
Smectis ſubtilis cum acidis non efferueſcens. *Carth. min.* 8.
Lithomarga. *Anon. min.* 78. *A. a. Tilas act. Holm.* 1739.
Habitat ad Oſmundsberget.
Haec *cinerea, ſubtiliſſima, lubrica, laminoſa, tritura pinguiſſima.*
Vſus *pro Fullonibus.*

Tripolitana. *Trippel.*

8. ARGILLA ſcabra nitidula flaueſcens inquinans.
Argilla ſubtilis macra. *Wolt. min.* 11.
Terra Tripolitana. *Anon. min.* 89.
Tripela. *Vog. min.* 38. *Cartb. min.* 8.
Glarea indurata cohaerens aſpera. *Wall. min.* 33.
Habitat in Regno Tunecano, Neapolitano, etc. Oetebro Aareſtad ad Snaſlunda.
Haec *vario colore, macra, ſub digitis ſcabra absque arena, aqua non facile ſolubilis indurata, candefacta albicans: alia efferueſcit, alia non. Nota eſſentialis eſt quod rodat metalla.*
Nata *creditura laſpidis ſoluto puluere. Anon. pag.* 60.
Vſus *pro politura Metallorum; terendo laeuiſſime poliat, non vero rodendo arat. Trita ad metallum aſſumit hoc maculam metallicam.*

communis. *Blälera.*

9. ARGILLA humido caeruleſcens, vſtione rufeſcens.
Argilla caeruleſcens. *Syſt. nat.* 207. *n.* 4.
Argilla rudis ſabulo deſtituta. *Wolt. min.* 11.
Argilla vitreſcens rudis. *Wall. min.* 16.
Argilla communis caerulea. *Anon. min.* 90. *A. δ.*
Argilla vulgaris. *Vog. min.* 28.
Argilla igne vitreſcens pura. *Cartb. min.* 6.
Limus: Terra lateritia. *Vog. min.* 31.
Habitat paſſim in Europa *frequens.*
Haec *recens ſ. etiamnum humida caeruleſcens; ſicca cinereo-liuida; vſtulata rubra a ferri vitriolo.*
Nata *Maris, e ſedimento eius viſcido; haec mater congenerum.*
Vſus *pro Lateribus conficiendis, ſed quo magis rufeſcit vſtulata, eo magis ſub dio ſoluitur.*

figulina. *Kruklera.*

10. ARGILLA ſiccitate rupturis ſubteſſellata. *Syſt. nat.* 207. *n.* 3.
Argilla teſſulata figulina. *Wall. min.* 17.
Marga. *Lehman. min.* 16.
Habitat paſſim in Europa.
Haec *praecedentis fere mera varietas, ſed ſiccata rumpitur in moleculas ſubteſſellatas.*
Vſus *a Figulis ſeligitur pro vaſis teſtaceis.*

incarnata. *Skiutlera.*

11. ARGILLA incarnata. *It. wgoth.* 251, 267.
Argilla communis incarnata. *Anon. min.* 90. *A. β.*
Habitat in Waeſſmannia, Wermelandia: *Philipſtad.*
Haec *cruda etiamnum humida rufeſcens, ſicca incarnata.*

12. AR-

talcoſa. 12. ARGILLA viridis friabilis, atomis nitentibus.
Arena micans viridis. *Wall. min.* 37. *n.* 2.
Habitat in Europa *Auſtrali*, Aegypto, Cilio.
Haec *maxime friabilis; dum ſicca eſt fere farinacea, particulis impalpabilibus, atomis copioſiſſimis albis nitentibus micaceis.*

Bolus. 13. ARGILLA ore liqueſcens. *Syſt. nat.* 207. *Muſ. Teſſ.* 110. *Schreb. lith.* 136.
Argilla ſubtilis, aqua in maſſam vnctuoſam diſſolubilis. *Carth. min.* 6.
Argilla ſubtilis pinguis. *Wolt. min.* 11.
Argilla pinguis. *Wall. min.* 13. *n.* 6.
Bolus. *Anon. min.* 80. *Vog. min.* 36.
α. alba Bolus alba. *Dal. pharm.* 19. *n.* 8.
β. cinerea Axungia lunae.
γ. flaua Terra ſtrigonenſis.
δ. rubra Bolus armena. *Dal. pharm.* 19. *n.* 1.
ε. viridis Terra verde.
ζ. caerulea Terra ſtolbergenſis.
η. nigra.
Habitat in Germania, Italia.
Haec *reliquis ſubtilior varietatibus infinitis; vide de his Cl. Ludwigium de Terris.*
Vſus *Medicus exoletus.*

* * *Mixtae.*

ſterilis. 14. ARGILLA mixta ſubfiſſilis glareoſa.
Bjoerklera. Argilla Bioerklera. *Anon. min.* 90. *ε.*
Habitat in Campis ſteriliſſimis, *Betulis fauens.*
Haec *ſubtilis, arida, quaſi nimis affinis Glareae, in igne parce induranda leuiterque ruſeſcens; ſiccata albida et ſublamelloſa.*

tumeſcens. 15. ARGILLA mixta poroſa glareoſa.
Giaeſlera. Argilla mixta arenacea. *Syſt. nat.* 207. *n.* 8.
Argilla rubens aqua intumeſcens eandemque diu retinens. *Wall. min.* 18.
Argilla communis intumeſcens. *Anon. min.* 90, *ε, ζ.* 1.
Argilla fermentans. *Vog. min.* 30.
Habitat paſſim in campis ſterilibus; *primo vere ſub pedibus obambulantium fluctuans tremensque.*

Haec

Haec *pallida, grossior, arena s. glarea mixta, siccitate valde porosa; diu aquam retinet tenuissima, pultis instar mollis; superficies exsiccatur corio.*

grandaeua. *Pinmo.* 16. ARGILLA mixta glarea arena fabuloque, aestate sublapidescens.

Argilla arenacea fabulosaque. *Syst. nat.* 207. *n.* 9.
Argilla intumescens lapillosa. *Anon. min.* 90. §. 2.
Glarea argillosa. *Wall. min.* 32.
Habitat passim frequens in Dalekarlia.
Haec *affinis praecedenti, sed fabulo magis mixta, vere et autumno quidem mollis, sed aestate induratur in saxeam consistentiam vix cuneo malleoque penetranda.*
Nata *ex Argilla apyra, e montibus diluta.*
Vsus. *Cribrata pro exstruendis fornacibus pistorum praestantissima.*

Marga. *Margel-Lera.* 17. ARGILLA mixta pallida acido effervescens.

Creta argillacea fissili-friabilis. *Syst. nat.* 206. *n.* 2.
Marga friabilis. *Anon. min.* 26.
Argilla rudis calcaria igne indurescens. *Carth. min.* 6.
Habitat passim in Europa.
Haec *tenax, siccatione albicans, in aëre fatiscens; cruda in aqua soluitur cum spuma supernatante, vstulata vero non.*
Nata *maris viscidi argillosi cum Testaceis resolutis.*
Vsus. *Agris fertilissima cum siccitate non induretur radiculas comprimendo, sed friabilis euadit, cumque autumno stagnantis aquae acidum vi alcalina absorbeat; per se tamen non nutrit. Vasa pseudoporcellana ex hac conficiuntur. It. scan.* 2.

Vmbra. *Vmbra.* 18. ARGILLA Humosa fusca inquinans.

Argilla pictoria fusca. *Wolt. min.* 11.
Humus nigro-brunnea. *Wall. min.* 3.
Terra Vmbria. *Baum. min.* 1. *p.* 42.
Vmbra. *Lehm. min.* 24.
Habitat in Germania, Italia, Anglia. *Bristol.*
Haec *purpurascenti-fusca, parco Bituminis et Ferri inquinata, vti patet ex vstulationis fumo Bituminoso et terra rusa.*

19. AR-

Argillae nonnullae, terra calcaria mixtae, effervescunt nonnihil, at non dissoluuntur totae vt Calx, quo a Calce differunt.

nilotica. 19. ARGILLA mixta humo, ſubfuſca efferuefcens non inquinans.

Argilla ſubfuſca. *Muſ. Teſſ.* 110.

Habitat in Aegypti *agris. Haſſelquiſt.*

Haec *ſubfuſca, farinoſa, mollis, non lubrica poliendo, vſtulata cinerea vix mutata niſi duritie; aqua forti efferuefcit.*

Nata *Nili, poſt receſſum relicta.*

Vſus *Fertilitas Aegypti, laetificat plantas prae alia quavis terra.*

muriatica. 20. ARGILLA mixta margacea efferuefcens fuſca muriatico-ſalſa.

Terra e Palaeſtina. *Anon. min. p.* 125, *qui a me habuit.*

Habitat in deſerto circum Mare rubrum; *in Aegypto, Smyrnae.*

Haec *cinerea ſ. fuſca, ſiccitate pulueracea, ſapore ſalſa, cum aqua forti efferuefcens.* Natrum antiquorum *forte hoc idem, cum calce efferuefcat, cum ſale Muriatico ſcateat, cum in locis Natro praeſcriptis frequens.*

vitriolacea. 21. ARGILLA mixta fuſca vitriolico-ſalſa.

Habitat ſub paludibus.

Haec *cum ſtiptico tingit aquam affuſam nigro colore; ſe etiam ſapore facile prodit.*

53. CALX. *Terra* Animalis.

Particulae ſiccae, farinaceae, friabiles, inquinantes: *acido* (cerre vſtulata) efferueſcens diſſolubilis; *aquam* tingens.

* *Solubiles acido.*

Creta. *Krita.*

1. CALX ſolubilis impalpabilis cohaerens.
Creta ſubrupeſtris alba. *Syſt. nat.* 206. *Muſ. Teſſ.* 108.
Creta dura. *Carth. min.* 9.
Creta cohaerens ſolida. *Wall. min.* 8.
Creta ſolida friabilis. *Anon. min.* 2.
Creta vulgaris. *Coſt. foſſ.* 77.
Habitat in Galliae, Angliae, Daniae *ſubmontanis; vix fruſtulum in* Scania. *It. ſcan.* 147. 205.
Nata *maris e teſtis Teſtaceorum, a fluctibus littoris pulueriſatorum, puluere loto et depoſito pone littus, vti dudum ſtatui.*
Vſus *pro ſcriptura lignorum, dealbatione, gypſatione.*

Marmorea. *Bleke.*

2. CALX ſolubilis puluerea.
Creta terreſtris alba ſ. purpuraſcens. *Syſt. nat.* 206.
Creta fragilior groſſior et rudis alba. *Wall. min.* 10.
Creta pura puluerulenta. *Anon. min.* 5.
α. *alba.*
β. *rufa.*
γ. *flaua*, cuius origo me etiamnum fugit.
Habitat in Oelandiae, (*It. oel.* 58.), Gotlandiae (*It. gotl.* 193.), Weſtrogothiae (*It. wgot.* 92.) *depreſſis inter montes camposque calcarios.* γ. Timmerdaliae *Weſtrogothiae.*
Haec *praecedenti ſimilis, ſed groſſior, magis puluerea, lapillis ſ. fabulo mixta.*
Nata *Marmoris ſtratarii, ab elementorum viciſſitudine ſub dio ſoluti, ad depreſſiora loca diluta* (*It. gotl.* 179), *vnde a Marmore albo alba, a M. rufo rufa.* (*It. oel.* 160.)

Conchacea. *Muſslejord.*

3. CALX ſolubilis furfuracea.
Creta terreſtris conchacea. *Syſt. nat.* 206.
Humus conchacea. *Anon. min.* 281. 1. *b.*
Humus animalis non terrifica. *Wall. min.* 7. *n.* 2.

Ha-

Habitat in Helſingiae *et* Roſlagiae *maritimis ſub ſuperficie terrae, a me obſeruata* 1732.

Haec *farinoſo-ſquamoſa Humi inſtar, nec cohaerens, ſubuiolaceo-incarnata, imprimis humectata, ſed non inquinans.*

Nata *e Mytili edulis teſtis, quae etiammum rariſſime, in terra non mota, reperiri queunt integrae, ſed farinae inſtar friabiles.*

Teſtacea. 4. CALX ſolubilis ſquamoſa cinerea.

Habitat ad littora Maris, *copioſe in* Belgii *aliisque.*

Haec *alba, ſquamuloſa, nondum redacta in Cretam.*

Nata *e teſtis Teſtaceorum, a fluctibus maris comminutis in terram groſſiorem.*

* * *Fixae, acido non ſolubiles.*

paluſtris. 5. CALX fixa puluerea plaſtica.

Agaricus mineralis. *Anon. min.* 5.

Terra tophacea. *Baum. min.* I. *p.* 141.

Habitat ſub paludibus turfoſis Smolandiae (*It. ſcan.* 30), Oelandiae (*It. oel.* 58), Weſtrogothiae (*It. wgoth.* 92, 81).

Haec *ſimillima Calcis marmoreae, ſed acido vitriolico ſaturata, vt non efferueſcat acido.*

Vſus *pro caminis et parietibus dealbandis, ſed ſemper inquinans.*

Gur. 6. CALX fixa impalpabilis farinoſa.

Creta friabiliſſima leuiſſima non cohaerens alba. *Wall. min.* II.

Marga candida. *Dal. pharm.* 23.

Morochtus leuis puluerulentus. *Carth. min.* 8.

Terra gypſea puluerulenta. *Anon. min.* 23.

Lac Lunae. *Vandel. therm.* III. *Baum. min.* I. *p.* 143.

Habitat in profundis fiſſuris fodinarum *et rupium; ad* Thermas *effluit.*

Haec *ſaepiſſime alba, lacti condenſata ſimilis, cum aqua effluit Gur dicta; at ſiccata leuiſſima, farinae inſtar friabiliſſima Lac Lunae dicitur.*

Vſus *Pharmaceuticus exoletus.*

* * * *Are-*

** * * Areniformes granulatae.*

Alabaſtrina. 7. CALX fixa pulucreo - granulata ſubaequalis ſubdiaphana.

Arena gypſea. *Schreb. lith.* 144.

Haec *areniformis, ſubaequalis, friabilis, ſubdiaphana, alba.*

Nata *Gypſi Alabaſtri, pluuiis diutius expoſiti et fatiſcentis.*

teſtudinea. 8. CALX ſolubilis arenaceo - granulata rotundata glaberrima.

Habitat ad Inſulae Adſcenſionis *littora, in quam Teſtudo Mydas noctu deponit ſua oua.*

Haec *Arena granis groſſioribus (magnitudine Seminis Aquilegiae), lacteis, opacis, glaberrimis, non inquinantibus, calcariis, efferuescentibus.*

Nata *Vermium Teſtaceorum et Lithophytorum, teſtis ſcilicet a fluctibus Maris comminutis, contritis, laeuigatis.*

lenticularis. 9. CALX ſolubilis granulata lentiformis.

Tophus calcarius lenticularis. *Syſt. nat.* 189. *n.* 4.

Lentes betlehemiticae *vulgo.*

Habitat in Palaeſtinae *agris.*

Haec *Granis conſtat lentiformibus, magnitudine omnino ſeminis Lentis, margine acuto cinctis, ſolidis, non inquinantibus, laeuibus, albidis, omnino calcariis; intus ſunt grana compacta, nec quidquam iis cum Teſtaceis commune.*

Hae *duae*, C. teſtudinea *et* lenticularis, *poſſent ad Arenas quodammodo referri, cum conſtent granis ſolidis, diſtantibus, non inquinantibus, aqua non penetrandis; poſſet et* lenticularis *Tophis aſſociari, cum particulae groſſiores quam vlla alia terra, at cum acidis efferuescant Marmoreae Naturae, conſultius hic collocauimus.*

45. HV-

54. HVMVS. *Terra* Vegetabilis.

Particulae puluereae, ſicco diſſipabiles.

Aqua intumeſcens; *Igne* combuſtibilis in cineres.

daedalea. 1. HVMVS vegetabilis impalpabilis fuſca.
Habitat paſſim et vbique.
Haec *adeo tenuis et impalpabilis, vt aqua diluta filtrum tranet, et ſeparari queat ab Humo groſſiore.*
Nata *Fimi animalium aut Humi ruralis, calore aut aeno digeſta et intime reſoluta.*
Vſus *verum et fere vnicum Vegetabilium alimentum. (Kylbel fert. terrae.) Haec mutatur in Plantas, plantae in Animalia, animalia in Humum animalem; ſic Creatoris opus per circulum.*

ruralis. 2. HVMVS vegetabilis perfecte puluerisata atra.
Humus vegetabilis communis. *Syſt. nat.* 209.
Humus nigreſcens hortorum. *Wolt. min.* 11.
Humus communis arra. *Wall. min.* 1.
Humus atra communis. *Coſt. foſſ.* 115.
Humus atra. *Anon. min.* 293. *n.* 3.
Humus pura. *Carth. min.* 53.
Habitat vbique.
Haec *atra dum humectata, ſicca cineraſcens pulaerea puluere tenui, ſed manifeſtis particulis.*
Vſus. *Vegetabilium communis matrix, ab iis prout in Humum daedaleam tranſeat ingerenda; a Plantis ſucculentis tenuiſſima.*

pauperata. 3. HVMVS vegetabilis ſubfarinoſa.
Ljungjord. Råckjord. *It. wgotb.* 240.
Habitat in Ericetis.
Haec *ſiccata mollis inſtar farinae euadit.*
Vſus: *ſterilis plerumque eſt, cum aquam non diu retineat; inuiſa agricolis anno ſicco.*

efferue-scens. 4. HVMVS vegetabilis aceroſa, ſicco friabilis.
Humus ſpongioſa. *It. wgoth* 240.
Gjaesjord. *Habitat in* ſubhumidis *paſſim.*
Haec *Humo rurali groſſior magisque bibula, ſerius exſiccanda.*
Nata *e radicibus minus digeſtis in paluerem.*
Vſus. *Inuiſa hortis et agris cum tempore vernali a gelu nocturno, aeſtuque diurno apud nos attollatur, eiiciat et eradicet pullulantes plantas, vt pereant.*

alpina. 5. HVMVS vegetabilis groſſe puluerisata fuſca.
Fjaellmylla. *Habitat in* Alpibus *vulgatiſſima.*
Haec *praecedenti aliquatenus tenuior et colore Argillae vmbrae.*
Vſus. *Qualitate cum praecedenti conuenit, Plantis alpinis appropriata.*

Turfa. 6. HVMVS vegetabilis intertexto-fibroſa, ſicco indu-
Torf. randa. *Syſt. nat.* 209 *n.* 2.
Humus vegetabilis turfacea fibroſa. *Wall. min.* 11.
Turfa ſolida aëre indureſcens. *Anon. min.* 293. *n.* 1.
Humus denſa radicibus vix mutatis intertexta. *Carth. min.* 53.
Habitat in paludibus caeſpitoſis. *It. ſcan.* 156.
Nata *e radicibus graminum intertextis, Bitumine paludoſo ſaturatis.*
Vſus. *Caeſpites pro foco inde ſcinduntur. Degner. Diſſ. de Turfis. Vltr.* 1729. *Oct.*

Lutum. 7. HVMVS vegetabilis aceroſa paludum. *Syſt. nat.*
Dy. 209. *n.* 3.
Humus limoſa aquatica. *Carth. min.* 53.
Humus atra paluſtris. *Wolt. min.* 11.
Humus vegetabilis lutoſa. *Wall. min.* 5.
Humus lacuſtris. *Anon. min.* 293. *B.* 2.
Habitat in omnibus Paludibus, *ſub aqua.*
Nata *e plantis paludoſis aqua conſeruatis, nec perfecte corruptis.*

8. HV-

tinctoria. *Svart-jord.* 8. HVMVS vegetabilis atro-tinctoria paludum.
Ochra nigra argillacea. *Cost. foss.* 89.
Habitat in Smolandiae, Scaniae *paludibus et aluetis.*
Nata *e Humo Luto, saturata vitriolico ferreo, vnde aterrima, tinctoria.*
Vsus. *Rusticolis pro vestimentis laneis atro colore imbuendis. It. scan.* 132.

picea. *Bek-jord.* 9. HVMVS vegetabilis atra, exsiccatione consolidescens.
Habitat in Scaniae *interdum agris. It. Scan.* 194, 256.
Vsus *in Agricultura propriam methodum requirit.*

Damascena. 10. HVMVS vegetabilis ochraceo-rufa.
Humus rubra. *Wall. min.* 8
Habitat in Anglia, Germania, Damasco.

schistosa. *Skifermylla.* 11. HVMVS lapidea Schisti rufa. *Syst. nat.* 209. *n.* 1.
Habitat in Westrogothia (*It. wgoth.* 79), Scania. (*It. scan* 306.)
Nata *Schisti ab elementis resoluti; saepius rubra ab martiali inquinante.*

nigrica. *Svart-kri-ta.* 12. HVMVS lapidea Schisti friabilis atra inquinans.
Humus nigra pictoria. *Wall. min.* 4.
Habitat in Hunneberg Westrogothiae.
Vsus. *Cistas sepulchrales Cretae hac atra pingunt Rustici.*

lenticularis. 13. HVMVS lapidea Tophi lenticularis atra.
Habitat in Oelandia.
Nata *e Topho lenticulari schisti, sub dio resoluti in Humum. It. oel.* 79.

animalis. 14. HVMVS animalis impalpabilis. *Syſt. nat.* 209.
Djurjord. *n.* 8, 9.

Humus animalis terrificata. *Wall. min.* 7. *n.* 1.

Habitat in Caemiteriis, *varius in copia.*

Haec *particulis impalpabilibus, cum aqua bibulis et ſe contrahentibus, acido non efferuescentibus.*

Nata *ex particulis humoſis et calcariis mixtis animalium. Sic redit ad Dominum. Geneſ. III.* 19. *Iob. X.* 9.

Quid properaſſe iuuat, quid pauca dediſſe quieti
Tempora? quid nocti conſeruiſſe diem?
Si ſemel hic ſtandum eſt. . . .

CRYSTALLI LAPIDOSAE.

(*in* Tabulis *adiectis* 1, 2, 3.)

	Latera.	*Plana.*	
1. *Figura*	18-edrum:	Rectangulis 6. *longitudinalibus.*	Trigonis 12.
2. ——	18-edrum:	Rectangulis 6. *transuersis.*	Trigonis 12.
3. ——	12-edrum:	Rectangulis o. *columna* o.	Trigonis 12.
4. ——	18-edrum:	Rectangulis 6. *2 oppositis latis.*	Trigonis 12. *2 oppositis truncatis.*
5. ——	8-edrum:	Rectangulis 6. *aequalibus.*	Hexagonis 2.
6. ——	8-edrum:	Rectangulis 6. *alternis angustis.*	Hexagonis 2.
7. ——	8-edrum:	Pentagonis 4. *alternatis.*	Rectangulis 4. *alternatis.*
8. ——	10-edrum:	Pentagonis 4.	Rhomboid. 4. Trapetziis 2.
9. ——	14-edrum:	Rectangulis 6. *2 oppos. angustis.*	Trigonis 4. Trapetziis 4. *priori alternis.*
10. ——	12-edrum:	Pentagonis 6. *alternis angustis.*	Pentagonis 6. *aequalibus.*
11. ——	12-edrum:	Pentagonis 6. *aequalibus.*	Pentagonis 6. *aequalibus.*
12. ——	14 edrum:	Pentagonis 6.	Trapetziis 6. Trigonis 2.
13. ——	12-edrum:	Trigonis 6. *alternatis.*	Pentagonis 6.
14. ——	12-edrum:	Pentagonis 4.	Trapetziis 8.
15. ——	10-edrum:	Hexagonis 2.	Trapetziis 4. Pentagonis 4.
16. ——	14-edrum:	Tetragonis 6. *2 disci.*	Trapetziis 8.
17. ——	10-edrum:	Rhombis 2. *magnis.*	Trapetziis 8.
18. ——	18 edrum:	Tetragonis 6.	Hexagonis 12.
19. ——	6-edrum:	Tetragonis 6. *aequalibus.*	
20. ——	14-edrum:	Hexagonis 6.	Trigonis 8.

Crystalli saepe situ, inclinatione, approximatione, compressione etc. deformantur, hinc ne varietas loco speciei assumatur, cauendum.

21. —— 14-edrum: Rhombis 4. Tetragonis 2. Trigonis 8.
22. —— 6-edrum: Rhombis 6. *aequalibus.*
23. —— 8-edrum: Trigonis 8.
24. —— 14-edrum: Hexagonis 8. Tetragonis 2. Rhombis 4.
25. —— 26 edrum: Hexagonis 8. Rectangulis 12. Octagonis 6.
26. —— 12-edrum: Rhombis 6. *alternatis.* Rhombis 6.
27. —— 12-edrum: Rhomboidibus 6. *alternatis.* Rhombis 6.
28. —— 36-edrum: Rhombis 12. *alternatis.* Hexagonis 24. *linearibus.*
29. —— 12-edrum: Pentagonis 2. Trapetziis 10.
30. —— 12-edrum: Pentagonis 2. Pentagonis 10.
31. —— 12-edrum: Scalenis 12. *proximis paribus.*
32. —— 18-edrum: Hexagonis 6. Rhombis 12.
33. —— 12 edrum: Hexagonis 4. *proximis paribus.* Trapetziis 4. Pentagonis 12. Hexagonis 2.
34. —— 14-edrum: Rectangulis 2. Hexagonis 8. Rhombis 4.
35. —— 18-edrum: Hexagonis 12. Tetragonis 6.
36. —— 10-edrum: Trigonis 8. *alternis.* Tetragonis 2.
37. —— 10-edrum: Trigonis 4. Hexagonis 6. *linearibus.*
38. —— 12-edrum: Tetragonis 2. Hexagonis 4. Rhombis 6.
39. —— 12-edrum: Tetragonis 2. Hexagonis 4. Rhombis 6.
40. —— 18-edrum: Hexagonis 6. Rhombis 6.

A *Rhombus.*
B *Rhomboides.*
C *Rectangulus.*
D *Trapetzium.*
E *Scalenum.*

DESCRI-

DESCRIPTIONES Cryſtallorum.

1. *Columna* oblonga hexaëdra aequalis.	*Pyramides* hexaëdrae aequales.
2. *Columna* abbreuiata hexaëdra aequalis.	*Pyram.* hexaëdrae aequales.
3. *Columna* nulla.	*Pyram.* hexaëdrae aequales.
4. *Columna* oblonga hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus.*	*Pyram.* hexaëdrae inaequales. *planis 2 oppoſitis latioribus truncatis.*
5. *Columna* oblonga hexaëdra aequalis.	*Pyram.* nullae.
6. *Columna* oblonga hexaëdra inaequalis. *planis alternis anguſtioribus.*	*Pyram.* nullae.
7. *Columna* oblonga tetraëdra inaequalis. *planis alternis anguſtioribus verticalibus.*	*Pyram.* diedrae contrariae.
8. *Columna* oblonga hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus.*	*Pyram.* diedrae contrariae. *his pentagonis, illis rectangulis.*
9. *Columna* oblonga tetraëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus.*	*Pyram.* tetraëdrae inaequales. *planis 2 oppoſitis latioribus truncatis.*
10. *Columna* oblonga hexaëdra inaequalis. *planis alternis anguſtis.*	*Pyram.* triedrae contrariae aequales.
11. *Columna* breuis hexaëdra aequalis.	*Pyram.* triedrae contrariae aequales.
12. *Columna* oblonga hexaëdra aequalis.	*Pyram.* triedrae contrariae truncatae.
13. *Columna* abbreuiata hexaëdra aequalis.	*Pyram.* triedrae contrariae planiuſculae.
14. *Columna* depreſſa hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus verticalibus.*	*Pyram.* triedrae, hinc contrariae.

Numeri iidem, in ſingulis tribus tabulis, eandem deſignant Speciem.

15. *Columna* oblonga hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus.*	*Pyram.* diedrae conformes.
16. *Teſſera* depreſſa tetragona.	*Margines* duplicati *Angulique* truncati.
17. *Teſſera* depreſſa rhombea.	*Margines* duplicati.
18. *Teſſera* cubica.	*Margines* truncati.
19. *Teſſera* cubica.	*Margines* integri.
20. *Teſſera* cubica.	*Anguli* parum truncati.
21. *Teſſera* cubica.	*Anguli* totaliter truncati.
22. *Teſſera* cubica in rhombum obliquata.	
23. *Teſſera* octaëdra aequalis.	
24. *Teſſera* octaëdra.	*Anguli* truncati.
25. *Teſſera* octaëdra.	*Margines* truncati. *Anguli* truncati.
26. *Teſſera* dodecaëdra aequalis.	
27. *Teſſera* dodecaëdra elongata.	
28. *Teſſera* dodecaëdra.	*Margines* truncati.
29. *Teſſera* pentagona depreſſa.	
30. *Teſſera* decaëdra aequalis.	
31. *Teſſera* ſ. Columna nulla.	*Pyram.* duplicato-triedrae contrariae.
32. *Teſſera* ſubcolumnaris hexaëdra.	*Pyram.* hexaëdrae aequales.
39. *Columna* hexaëdra elongata.	*Pyram.* hexaëdrae aequales.
33. *Columna* hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis latioribus.* *planis 2 oppoſitis duplicatis.*	*Pyram.* hexaëdrae truncatae.
34. *Columna* hexaëdra inaequalis. *planis 2 oppoſitis alienis*	*Pyram.* tetraëdrae cuneatae. *planis oppoſitis minoribus.*
35. *Teſſera* cubica. *planis 3 proximis aequaliter ſtriatis.*	*Margines* truncato-plani.
36. *Teſſera* cubica.	*Anguli* 2 proximi toti truncati.
37. *Teſſera* tetraëdra.	*Margines* truncati.
38. *Teſſera* rhombea inaequalis.	*Margines* 2 proximi truncati.
39. *Teſſera* fere praecedentis.	
40. *Columna* hexaëdra aequalis. *differt a 32 vti Columna a Teſſera.*	*Pyram.* hexaëdrae aequilaterae.

Hexa-

Hexaëdrae 19, 22.

Octaëdrae 5, 6, 7, 23.

Decaëdrae 8, 15, 17, 36, 37.

12-edrae 3, 10, 11, 13, 14, 26, 27, 29, 30, 31, 38, 39.

14-edrae 12, 16, 20, 21, 24, 34, 9.

18-edrae 1, 2, 4, 18, 32, 35, 40.

24-edrae 34.

26-edrae 25.

36-edrae 28.

AFFINITATES Cryſtallorum.

NITRVM Priſma *planis rectangulis* (6).	Pyramis *planis trigonis* (6).
1. *Priſm.* elongatum, aequale.	*Pyram.* planis trigonis.
2. —— abbreuiatum, aequale.	—— planis trigonis.
3. —— nullum.	—— planis trigonis.
4. —— planis 2 latioribus.	—— planis 2 truncatis.
* *	
5. —— planis aequalibus.	—— nulla.
6. —— plana alternis anguſtis.	—— nulla.
* * *	
9. —— planis 4 tantum.	—— planis 4: latioribus 2.

NATRVM Priſma *planis 5-gonis, verticalibus.*	Pyramis *5-gonis, contraria.*
7. *Priſm.* 4-edrum: alternis anguſtis.	*Pyram.* diedra.
8. —— idem verticale.	—— diedra.
* *	
15. —— ſub 6-edrum: alternis 2 anguſtis.	—— diedra.
* * *	
16. —— compreſſum: angulis truncatis.	
17. —— compreſſum, rhombeum.	
* * * *	
31. —— nullum (Sal Bituminis?).	—— hexaëdra.
14. —— compreſſum: plan. verticalibus.	—— triedra: altero lato.
* * * * *	
13. —— ſubacaule, depreſſum.	—— triedra, planiuſcula.
11. —— elongatum, regulare.	—— triedra.
10. —— elongatum, plan. altern. anguſtis.	—— triedra.
12. —— elongatum, regulare.	—— triedra, truncata.

BORAX

BORAX Priſma *hexaëdrum ex* Pyramis *e rhombis.*
6-gonis.

32. *Priſm.* aequale ſ. teſſera. *Pyram.* 6-edra e rhombis.

40. —— aequale, elongatum. —— 6-edra e rhombis.

33. —— inaequale: plan. 4 anguſtis. —— 6-edra rhombis truncatis.

34. —— inaequale: plan. 2 truncatis. —— 4-edra hexagonis 2.

MVRIA Teſſera *cubica* (*interdum truncatis, angulis ſ. marginibus*).

19. *Teſſera* cubica: aequalis.
20. —— cubica: angulis truncatis parum.
21. —— cubica: angulis truncatis totaliter.
18. —— cubica: marginib. truncatis nonnihil.

* *

35. —— cubica: marginib. truncatis totaliter vtrinque.
32. —— rhombea, aequalis.

ALVMEN Teſſera *octaëdra* (*interdum truncatis angulis ſ. marginibus*).

23. *Teſſera* aequalis.
24. —— truncatis angulis.
25. —— truncatis angulis et marginibus.

VITRIOLVM Teſſera *diſformis e Rhombis et Hexagonis.*

38. *Teſſera* dodecaëdra.
39. —— varietates.

GRA-

GRANATVS Teſſera *e Rhombis.*
26. *Teſſera* aequalis, integra.
27. —— aequalis, elongata.
28. —— aequalis, truncatis angulis.

PYRITES Teſſera *e Pentagonis.*
30. *Teſſera* aequalis.
29. —— depreſſa.

VRINAE Teſſera *Tetraëdra e Trigonis.*
37. *Teſſera* ordinaria, ſed truncatis marginibus.
36. —— contrariata. (*an huius?*) *D. Tidſtroem.*

EXEM-

EXEMPLA Cryſtallorum.

1.	Nitrum natiuum.	
	—— *Fluor.*	
	—— *Cryſtallus mont.* γ.	
2.	—— *Cryſtallus mont.* δ.	Granatus 18-*edros.* η.
3.	—— *Cryſtallus mont.* ε.	
4.	—— *Cryſtallus mont.* β.	
5.	—— *truncatum.* α.	Plumbum *virens.*
6.	—— *truncatum.* β.	
7.	Natrum *appropiatum.*	
8.	—— *verticale.*	
9.	Vitriol. *album.*	
10.	Borax *Tincal.* δ.	
11.	NATR. 12-*edrum.* α.	Granatus 12-*edros.* γ.
12.	Natrum 14-*edrum.*	
13.	—— 12-*edrum.* β.	
14.	Borax *Tincal.* β.	
15.	Natrum *flexile.*	
16.	—— *cryſtallum.*	
17.	—— *Selenites.*	
18.	- - -	Pyrites 18-*edros.* κ.
19.	Muria *nuda.*	——— 6-*edros.* β.
		Plumbum 6-*edrum.*
20.	- - -	——— 12-*edrum.*
21.	- - -	Pyrites 14-*edros.* ι.
22.	—— *rhombea.*	Plumbum *rhombeum.*

23.	Alumen *nudum.*		
		Pyrites	*natiuus.* ♂.
		——	8-*edrus.* ♂.
		Plumbum	8-*edrum.*
		Ferrum	*cryſtallinum.*
		Cuprum	*cryſtallinum.*
24.	" " "	Plumbum	14-*edrum.* γ.
25.	" - -	——	26-*edrum.* ε.
26.	- " "	Granatus	12-*edros.* ♂.
27.	- " "	——	12-*edros.* ♂.
28.	- - "	——	36 *edros.* ι.
29.	Natrum *pyritiforme.*		
30	- " "	Pyrites	12-*edros.* ♂.
31.	—— *hyodon.*		
32.	- - "	Granatus	18-*edros.* ♃.
33.	Borax *Topazius.*		
	—— *Tincal.* α.		
34.	—— *Tincal.*		
35.	- " "	Cobaltum	*cryſtallinum.*
		Pyrites	18 *edros.* λ.
36.	- " "	Granatus	10 *edros.* α.
37.	Natrum *vrinoſum.*	——	10 *edros.* β.
		Pyrites	4-*edros.* α.
38.	Vitriolum *cyprinum.*	——	10 *edros.* ♃.
39.	—— *cyprinum.*		
40.	" - "	Granatus	18-*edros.* ♃.

AP-

APPENDIX

TOMI I.

Corſac. CANIS cauda fulua baſi apiceque nigra.

Habitat in campis magni deſerti ab Iaco *fluuio verſus* Irtim; *saeuit in Aues; terram excauat; ſuperfluum defodit; foetet, clamitat, latrat. Paul. Demidoff.*

Corpus *facie* Vulpis: *pilis mollibus, ſupra hyeme griſeis, aeſtate vero dilute fuluis; ſubtus albis.* Cauda *piloſa, longitudine corporis, dorſo concolor.* Pedes *dilute fului.* Gula *alba.* Auriculae *erectae, dorſo concolores.* Oculi *luteo-virides.*

CAVIA. Dentes Primores ſuperiores duo, diſtantes.
inferiores quatuor, approximati.

capenſis. CAVIA. *Pall. faſc. 2. p. 22. t. 2.* †.

Habitat ad Cap. b. ſpei, *vicitans graminibus, fodiens.*

Glis *magnitudine Marmotae.* Labium ſuperius *ſubbipartitum.* Dentes Laniarii *nulli.* Auriculae *marginibus nudae.* Plantae *ſubtridactylae, muticae: excepto intimo vnguiculato.* Palmae *tetradactylae, muticae: digitis connatis.* Cauda *nulla.*

aethiopicus. SVS ſacculo molli ſub oculis †.

Aper aethiopicus. *Pall. ſpec. 2. p. 1. t. 1.*

Habitat in Africa *interiore.*

Caput *magnum, durum.* Sulcus lacrymalis *ante oculos longitudinalis.* Sacculus *mollis ſub oculis.* Dentes primores *vtrinque plane nulli?* Cauda *nuda.*

*

lineatus. PSITTACVS macrourus viridis, remigibus ſubtus fuſcis margine interiore pallidis.

Habitat - - -

Corpus *magnitudine Turturis, totum viride, ſubtus magis flauo-viride.* Remiges *ſubtus fuſcae margine interiore pallido, vnde Alae ſubtus lineis pallidis longitudinalibus tenuiſſimis.* Cauda *cuneata, corpore paulo longior.*

ANAS

Caſarca. ANAS rufa, remigibus rectricibusque nigris, ſpeculo alari albo.

Habitat in Aſtracanenſi *regno; manſueſcit, clamitat ſono gratiſſimo. Paul. Demidoff.*

Corpus *A. Boſchatem ſuperat, totum lacte rufum, ſed* Caput *dilutius fuluum.* Vropygium *fuſcum, vndulatum lineolis fuluis.* Nigra *ſunt Oculi, Roſtrum, Pedes, Remiges, Cauda.* Alba *ſunt tectrices remigum et alarum facies interior.*

lineata. CORYPHAENA capite picto lineis transuerſis coloratis. D. $\frac{4}{21}$ P. 11. V. 6. A. 15. 12.

Habitat in Carolina. *D. Garden.*

Caput *compreſſum, nudum, decliue, pictum lineis transuerſis.* Opercula *lacuia.* Dentes primores 2, *longiores, exſerti, diſtantes, acuti, tam ſupra, quam infra.* Squamae *magnae.* Pinnae *longitudinales pictae lineolis.* Cauda *rotundata.*

orichalcus. SCARABAEVS ſcutellatus muticus aeneus glaber, ſubtus ferrugineo varius.

Habitat in India Orientali. *Sparman.*

Trifolii. CVRCVLIO longiroſtris niger, femoribus pallidis, abdomine albo.

Habitat in Trifolii montani *ſpicis, intra quas declaratur.*

Corpus *magnitudine Pulicis, atrum.* Roſtrum *thorace fere longius.* Thorax *excauato-punctatus.* Elytra *ſtriata.* Femora *pallida, edentula.* Abdomen *niueum.*

ſuaueolens. CERAMBYX thorace ſpinoſo ignito, corpore caeruleo, abdomine femoribusque ferrugineis.

Sloan. jam. 2. p. 208. t. 237. f. 39. f. 40. (excludend. in Ceramb. vireſcente).

Habitat in Iamaica, Carolina. *D. Garden.*

Corpus *ſtatura Ceramb. moſchati, cyaneum.* Caput *et* Thorax *caeruleo-ignita ſ. aureo-ſplendida.* Elytra *cyanea.* Antennae *nigrae, longitudine corporis.* Abdomen *et* Femora *omnia rubra, ſed poſtica femora elongata.* Pedes *nigri.* Tibiae poſticae *longiores, compreſſae, ancipites.*

TENE-

festinans. TENEBRIO alatus niger, thorace tibiis antennisque ferrugineis.
Habitat in Suecia, *celerrime cursitans.*
Corpus *magnitudine Pediculi*, *atrum*, *glabrum.* Thorax *Cicindelae*, *ferrugineus.* Antennae *filiformes s. versus apicem crassiores, fusco-ferrugineae.* Femora *clauata* Tibiis *ferrugineis.*

iaua. PAPILIO (Dan. cand.) alis albis postice nigris; subtus basi fuluo-maculatis: postice albido punctatis.
Habitat in India Orientali. *Sparman.*

macrops. PHALAENA (Attacus) feticornis spirilinguis, alis fuscis atro-vndulatis: superioribus supra ocello ferrugineo; subtus albo-maculatis.
Habitat in India Orientali. *Sparman.*

allica. PHALAENA (Noctua) spirilinguis laeuis flaua, alis superioribus maculis duabus caeruleis connexis margine caeruleo.
Habitat in India Orientali. *Sparman.*

hirtaria. PHALAENA (Geometra) pectinicornis, alis hirtis canis: strigis duabus nigris: posterioribus approximatis, antennis atris. *Fn. suec.* 1236. *
Clerck. phal. t. 7. *f.* 1. Phalaena hirtaria.
Habitat in Europa.

defoliaria. PHALAENA (Geometra) pectinicornis, alis griseis medio albis: puncto lituraque postica nigris; femina aptera. *Fn. suec.* 1238. *
Clerck. phal. t. 7. *f.* 4. Phalaena defoliaria.
Reaum. inf. 2. *t.* 30.
Roes. suppl. 83. *t.* 14. *femina.*
Habitat in Pyro, Malo.

nigrella. PHALAENA (Tinea) alis atris strigis albis: anteriore simplici; posteriore circumflexa.
Habitat in India Orientali. *Sparman.*

cruciatus. HEMEROBIVS alis antice nigro-maculatis, postice fusco-cruciatis.
Habitat in Suecia; *legi in Prunо virginiana.*

Corpus *magnitudine Pediculi, pallido-fuſcoque maculatum.* Thorax *ſupra cruciatim inciſus.* Alae *deflexae, ex auro (dum complicatae) nitentes et poſtice pictae cruce communi fuſca: Antice ſingulae maculis 4 nigris.* Inferiores *byalinae, auro nitentes.* Antennae *longitudine corporis, ſed alis breviores.* Pedes *pallidi.*

Ceraſi. ICHNEVMON auratus viridis, tibiis pallidis.
Habitat in Ceraſi *foliorum gallis conicis, frequens.*
Corpus *minutum, cyaneo-viride, auratum.* Antennae *nigrae, ſubclauatae.* Os *nigrum.* Alae *ſtigmate nullo.* Abdomen *ſeſſile.* Tibiae 4 *anteriores et omnes plantae flaueſcenti-pallidae.*

coſtata. MVSCA antennis ſetariis glabra nigra, linea ante alas flaua, alis coſta nigris.
Habitat Vpſaliae.
Corpus *pediculo duplo maius, atrum, nudum.* Caput *pallidum.* Oculi *brunnei.* Thoracis *latera linea alba vtrinque ante alas.* Alae *margine exteriore verſus apicem fuſcae.* Pedes *liuidi.*

vegetans. ACARVS cruſtaceus rufus marginatus conuexus, ſubtus planus.
De Geer Act. Stockh. 1768. *c. fig.*
Friſch. inſ. .. . .
Habitat Larua, pilo albo inſidens, in variis inſectis coleopteris; declaratus liberatur, diſcurrens.
Corpus *ouatum, conuexum, continuum ſ. teſtudineum, ſubferrugineum, glabrum, nitidum, marginatum vndique.* Os *inter pedes anticos.*

Neptuni. CANCER macrourus, thorace antice poſticeque triſpinoſo.
Habitat in Pelagi *Fuco natante. Sparman.*
Corpus *magnitudine Tipulae. Locandus poſt C. Homarum.*

tigrina. ARANEA abdomine oblongo-ouato ferrugineo nigropunctato, thorace linea flaua.
Habitat in Suecia.

Cor

Corpus *magnum* (*vti Clerck. aran. t. 6. f. 4. n. 1.*) *ferrugineum*. Thoracis *tergum linea flaua, longitudinali.* Abdomen *oblongo-ouatum, adſperſum punctis minutis nigris, ſupra et ſubtus teſtaceum, lateribus pallidioribus.* Abdominis *dorſum ferrugineum marginibus colore repandis.*

alpina. FASCIOLA fuſca obouata antice truncata.

Act. Taurin. 1. p. 199. t. 6. f. 1-6. Hirudo alpina nigricans, ventre ad medium bilineato.

Habitat in Alpium *Lapponicarum ſtalarumque fontibus, aqua ſemper algida ſcatentibus; in calentibus vero moritur. Hauſta cum aqua excitat* Colicam ſpaſmodicam *Schenck.* Vilem f. Holmæ *Lapponis. Flor. Lapp. 101. n. 1. cum nauſea ſingultu, delirio, ſpaſmis, horrore, ſaepe morte; Curatur ſale muriatico.*

ciliaris. MEDVSA orbicularis ciliata, radiis numeroſis, ſubtus cauitatibus quinque. †

Act. Taurin. 1. p. 218. t. 7. f. 6, 7. Meduſa altera.

Habitat in Mari Mediterraneo.

Margo *corporis cinctus radiis numeroſis, exſtantibus, longitudine totius diſci.* Subtus *cauitates auriformes, vt in Meduſa aurita, ſed quinque.*

* *

Oedipus. SIMIA. *Syſt. nat. 1. p. 41 n. 25. vna dono Sereniſſ. Reginae* Ludov Vlricae.

Affinitas ſumma Sim. Iacchi *magnitudine (paulo inferiore); odore Moſchi; Vnguibus omnibus ſubulatis, excepto pollicis palmarum breui.* Vox *muris.* Cauda *corpore duplo longior, parum piloſa, baſi rufa.* Facies *nigra pilis raris albis.* Verruca *in vtraque bucca.* Irides *ferruginei.* Auriculae *ſubrotundae, nigrae, nudae.* Ani *regio rubra.*

vnicornis. RHINOCEROS. *Syſt. nat. 1. p. 104.*

Dentes primores *remoti, ſolitarii, occurſantes (ergo non laniarii . . forte locandus inter Bruta ante Bradypum. Kaeſtner.*

Hydrochaeris. SVS. *Syſt. nat.* 1. *p.* 103. *n.* 4.

Animal *a me deſcriptum eſt Pedibus vngulatis, nec vnguiculatis, ergo Bellua, nec Glis; videndus in muſeo Vpſalienſi.*

canicularis. PSITTACVS. *Syſt. nat.* 1. *p.* 142. *n.* 16.

Corpus *magnitudine Turdi maioris, viride; ſubtus vireſcenti luteum.* Frons *ſubfulua.* Tempora *fulua.* Oculi *nigri.* Roſtrum *nigricans.* Pedes *rubeſcentes.* Remiges *caeruleae latere exteriore vireſcente.* Cauda *cuneiformis, elongata, viridis. Forte femina? carens vertice caeruleo.*

Galgulus. PSITTACVS. *Syſt. nat.* 1. *p.* 150. *n.* 46.

Corpus *viride, vropygio ſanguineo.* Remiges *ſubtus caeruleae excepto margine exteriore.* Rectrices *ſubtus caeruleſcentes.* Mas *vertice caeruleo iugulogue ſanguineo, quorum neutrum in* Femina.

viridis. MEROPS. *Syſt. nat.* 1. *p.* 182. Corpus *magnitudine Sturni.*

Ferruginea: *Pileus, Collum, Dorſum anticum, Alae ſubtus.*

Viridia: *Pectus et Alae ſupra.*

Caerulea: *Gula, Dorſum poſticum, Vropygium, Criſſum, Cauda ſupra.*

Nigra: *Linea per oculos ad aures, Remigum apices, Cauda ſubtus.*

Rectrices 2 *intermediae duplo longiores, lineares.*

Deficiebat in mea Faſcia pectoralis.

TOMI II.

aristella. STIPA aristis nudis rectis calyce vix duplo longioribus.
Habitat Monspelii. *Gouan.*
Culmi *bipedales.* Folia *angusta.* Panicula *subspicata: pedunculis bi s. trisloris.* Calyx *longitudine seminis.* Semen *teres, raris villis pubescens.* Aristia *calycis longitudine.*

cordifolia. RVBIA foliis quaternis cordatis.
Habitat in Maiorca. *Gerard.* 24.
Radix *perennis.* Caules *tetragoni, laxi, angulis retrorsum scabri.* Folia *quaterna, petiolata, cordata, oblongiuscula, acutiuscula, quinqueneruia, patentia, margine et pagina superiore scabra.* Fructificationem *non vidi.*

pentapetaloides. CONVOLVVLVS foliis lanceolatis nudis lineatis, ramis declinatis, floribus solitariis semiquinquefidis.
Habitat in Maiorca. *Gerard.* ☉.
Herba *simillima Convol. tricolori, sed minor.* Folia *fere lanceolata, nuda, lineata, subpetiolata.* Flores *axillares, solitarii, breuissime pedunculati.* Bracteae *vix vllae, sed saepe squamae 2 obsoletae.* Corollae *structura Convol. lineati, sed triplo minores, caeruleiscentes fauce lutea: limbo semiquinquefido quasi quinquepartito, laciniis acuminatis.*

siculus. RHAMNVS spinis lateralibus foliis solitariis quinatisque.
Rhamnus siculus pentaphyllos. *Bocc. sic. Raj. hist.* 1626.
Habitat in Sicilia, Africa. *Baro capucinus.*
Frutex *Ramis ferrugineis; Spinis alternis, validis, vix pollicaribus, patentibus.* Folia *Buxi aut Vitae vrsi similia, obouato-oblonga, petiolata, integerrima, laeuia, venosa, decidua.* Flores *axillares, conferti, sessiles, Hermaphroditi Masculi Femmeique simul. Squamae binae ouatae singulum florem vestiunt.* Corolla *monopetala, campanulata, patens, quinquepartita: laciniis ouatis acutis.* Nectarium *suburceolatum, fundi floris.* Stamina 5, *subulata, corolla fere longiora.* Filamenta *alia* 5 *castrata, subulata, alterna, fertilibus simillima, sed breuiora.* Germen *conicum, villosum.* Stylus *filiformis, corolla duplo longior.* Stigma *simplex.* Drupa *ouata, glabra.* Nux *ouata, bilocularis, raro trilocularis.*

verticillaris. CRASSVLA caule herbaceo simplici, foliis patentibus, floribus verticillatis mucronatis.

Habitat . . . (enata e variis mixtis seminibus). ☉.

Herba *pusilla*. Caulis *filiformis, simplex, digitalis, laeuis, teres, subincarnatus.* Ramis *paucis, in inferiore caulis parte, simplicibus, alternis, breuibus.* Folia *opposita, sessilia, oblongo ouata, patentia, carnosa, subtus magis gibba, papulosa, apice subdenticulata, rusa.* Foliola 2 *e singulis foliorum alis, prioribus similia, minora, patentia.* Flores *verticillantes caulem, sessiles, ex singulis alis saepius quinque.* Calyx *quinquepartitus, erectus, viridis, subserratus, mucronatus.* Corolla *quinquepartita, campanulata, alba, calyce breuior: Laciniis rubicundis, subulatis vt fere aristatis, persistentibus.* Squama *ad basin cuiusuis laciniae corollae, transuersa, truncata, rubra.* Staminum *Filamenta* 5, *brevissima Antherae flauae.* Pistilla 5, *breuissima.* Fructificatio *oculo armato determinanda.* Calyx *obsoluta florescentia clausus, corollae mucronibus interrimas exstantibus.*

parnassifolia. ALISMA foliis cordatis acutis, petiolis nodoso-articulatis. *Buss. act. bonon.* 1768.

Ranunculus palustris, flore albo, graminis parnassi folio *Till pis.* 145. *t.* 46. *f.* 1.

Habitat in Apenninorum *paludibus.*

Statura *omnino Aliſmae plantaginis, sed* Folia *cordata,* Petioli *nodosi,* Semina *aristata.*

porrigens. SILENE caule dichotomo villosa, pedunculis filiformibus solitariis patentibus.

Habitat in Oriente. *Gouan.*

Herba *facie fere Cerastii dichotomi.* Caulis *herbaceus, pedalis, dichotomus, hirtus pilis patentibus.* Folia *opposita, sessilia, lanceolata, acuminata, villosa, internodiis breuiora.* Pedunculus *e singula caulis dichotomia, setaceus, patens, foliis longior, laeuis, apice adscendens.* Flores *solitarii, non magni.* Calyx *vltra medium quinquefidus.*

balearica. ARENARIA foliis ouatis nitidis subcarnosis, caule repente, pedunculis longitudine caulis.

Habitat in insul. Balearibus. *Gerard. Zoega.*

Cau-

Caules *proſtrati, repentes, radicantes, ſubpubeſcentes, ramoſi, pollicares.* Folia *petiolata, confertiuſcula, patentia, ouata, ſubcarnoſa, eneruia, lucida a pilis raris vix conſpicuis paginae ſuperioris.* Pedunculi *ſolitarii, e ramificationibus caulis, erecti, caule vix longiores, ſubpubeſcentes; inferne inſtructi pari foliorum.* Calyx *concauus, rufeſcens, pubeſcens.* Corolla *magnitudine et facie Spergulae nodoſae.* Petala *obouata, integerrima, obtuſa, patentia, vnguiculata.* Stamina *et* Piſtilla *etiam alba, longitudine calycis ſ. petalis dimidio breuiora.* Germen *globoſum, viride. Media quaſi inter* Arenam ciliatam *et* multicaulem, *ſed Pedunculi longi, Fructus cernui.*

canadenſis. ANEMONE caule dichotomo, foliis ſeſſilibus: infimis ternis trifidis incilis.

Habitat in Penſyluania. *D. Hope.*

Simillima Anem. dichotomae, *vt ignotum fallat; tantum differt* Foliis, *ſub prima dichotomia caulis, ternis; nec binis.* Corolla *ſubtus alba; nec rubicunda.* Antherae *flauae; nec fuluae.* Fructus *capitulo globoſo; nec ouato:* Seminibus *ſubulatis ariſta ipſo ſemine longiore recta; nec mucrone breuiſſimo recuruato.*

braſſicata. SINAPIS foliis obouatis denticulatis laeuibus.

Habitat in China. ⊙.

Statura *Braſſicae aut Lactucae, ſed Calyx Sinapios.* Caulis *ſeſquipedalis, laeuiſſimus.* Folia Radicalia *oleracea, obouata, obtuſa, dentata, glabra, albidovenoſa, petiolis canaliculatis;* Caulina media *oblonga, ad baſin petioli ſubauriculata;* Summa *lanceolata, ſeſſilia, amplexicaulia.* Flos *ſimillimus Braſſicae oleraceae.* Calyx *flauus, ſed patens.* Petala *flaua, vix emarginata.* Siliqua *ſimilis Braſſ. oleraceae.*

aegyptiaca. BVNIAS ſiliculis tetragonis vndique verrucoſo-muricatis, foliis runcinatis.

Habitat in Aegypto. *Zoega.* ⊙.

